

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Simonius

**Christophori Baronis a Teuffenbach, Mairhoviae & Durnholtzii: equitis aurati: ...
Vita ...**

[Rostock]: Typis Myliandrinis, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729070867>

Druck Freier  Zugang



F. Simonius.
R.U. phil. 1602.



CHRISTOPHORI BARONIS

à

TEVFFENBACH,

*Mairhovia & Durnholzij: equitis au-
rati: trium Invictissimorum Imppp. divi-
Ferdinandi, divi Maximiliani, & Rudol-
phi II. triumq. item Serenissimorum Austriae Archi-
ducum, Caroli, Ferdinandi, Matthiae, consilia-
rij bellici: Generalis superiorum Un-
garie pacium Capitanei;*

V I T A:

Ducis prudentissimi: Herois doctissimi: militis
cordatissimi: consiliarij solertissimi: civis Pa-
triae amantissimi: politici veri: viri optimi
exemplum continens; Oratione expo-
sita, & publicè recitata

à

IOANNE SIMONIO Rhetorices
in Academia Rostochiensi P. P.

• 6 • 9 •

Typis Myliandrinis. Anno 1602.



Illustribus & Generosis Dominis,

D. RVDOLPHO,

D. SIGISMVNDÖ,

D. FRIDERICO,

Fratribus germanis,

BARONIBVS

à

TEVFFENBACH, Mairhovia, &
Durnholzij, &c. Dominis meis
clementibus:

Illustres animæ, generosa atque optima Magni
Illustrisque Viri suboles: in nomina vestra,
In patris immensas dum se mea Musa resolvit
Laudes, dum renovat dicendo ingentia Facta:
Annuite his cæptis! studioque applaudite nostro!
Laus hæc vestra omnis: vestra est hæc gloria: vobis
Quas Genitori nunc, texet post Fama corollas.

Vestiarum Generosiarum

Studiorumq[ue] simus

IOANNES SIMONIUS.

108 30

RECTOR



RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
 MARTINVS CHEMNITIUS
 J. U. DOCTOR ET PRO-
 FESSOR.

Vrcarum potentia ab exiguis ini-
 tijs in quantam excreverit ma-
 gitudinem, quantis conatibus
 potentissima imperia, florentissi-
 ma regna, nobilissimasq; orbis
 terrarum partes invaserit, infe-
 starit, impugnarit, quantis etiam
 successibus subegerit, deleverit, everterit, neminem,
 nisi qui in historijs planè hospes sit, & in summa re-
 rum omnium ignoratione versetur, latere potest. De
 cuius magnitudinis Turcica causis viri prudentes
 multa sapienter & cogitarunt & scripserunt. Ac sa-
 nè, si ad harum rerum considerationem deflectere li-
 beat animum, inveniemus militari potissimum disci-
 plinā, obedientiā, virtutum præmijs, delictorum pænis
 quasi quibusdam alis Turcicum imperium ex humili-

A 2

primor-

primordio ad fastigium tanta altitudinis, ut toti orbis
terrori sit & formidini, evectum esse. Ad militarem
enim disciplinam quod attinet, constat illos ex primae
etatis pueris scilicet, quos indole, membrorum ha-
bitu, totaque corporis specie antecellere vident; eosque
in Regiam educandos deducere, ubi in arte jaculandi,
equitandi, arma tractandi, ceterisque ad rem bellicam
spectantibus diligenter instituuntur, & exercitatione
continua vires corporis firmiores sequuntur metipso agilio-
res reddunt, neque antequam longa illa disciplina &
assiduo usu tractationi armorum recte assueverint ad
publicam militiam admittuntur. Inde illis eximia
rei militaris peritia, firmissimum corporis robur, labo-
ris, inedia, vigiliarumque incredibilis tolerantia, ani-
musque adversus rerum omnium difficultates invictus,
qua milites nostri, hisce praesertim profligatissimis mo-
ribus, mirari potius quam imitari possint. Obedien-
tia apud illos tanta est, ut maior esse non possit, neque
apud ullam gentes unquam forte maiori fuerit. Ne-
fas esse credunt Imperatoribus non prompto animo
obtemperare, nihil turpius esse ducunt, quam de lo-
co vel statione iniussu ducum decadere, nihil contra
gloriosius, quam corundem imperata quamvis patra-
tu difficilima etiam certissima mortis pericula ataci-
ter exe-

ter exequi. Qua in parte est, quod in militibus no-
stris potius deplores quam desideres. Virtutum au-
tem præmia maiora ibi & certiora quam alibi. Nec
enim illi tantum rebus gerendis præficiuntur, qui
maiorum meritis & familie spendorè clarent, ve-
rumentiam si servulus, si Eunuchus, si alias infame
sortis homo in consilijs dexteritatem, in pralijs fortitu-
dinem, in periculis magnanimitatem ducibus proba-
verit, illum per omnes honorum gradus ad summas
dignitates evehì, amplissimis provincijs pafici, ac ipsis
nonnunquam Imperatoribus adfinitate jungi non no-
vum est nec insolens. Quæ verò apud illos suppicio-
rum aceritas? Si quis perfidia notam meruerit, si to-
ca fidei sue credite hostium potestati tradiderit, si
excubias egerit negligentius, si pugna verit remissius,
si fugâ sibi salutem querere quam mortem oppetere
maluit, ille per diros cruciatus ignominiosam necem
sibi paratam esse, non est quod dubitet. Inde animis
tam obstinatis pugnam incunt, obsidionesq; tantâ con-
stantiâ tolerant, unicum illud præ oculis habentes: aut
vincere, aut mori. Plura hac de re dici possent, neq;
illud pratermittendum foret, imperium Turcicum ad
magnitudinem eam non de venisse sine divini numinis
providentia, quæ ad punienda hominum peccata hoc

A 3

quæst

quasi rigido quodam flagello uti, Turcasq; in nostras
pœnas potentes & felices esse voluit. Sed uberior est
materiae illius seges, quam ut huius caræ angustia se
includi patiatur. Ceterum illud palam est Turcarum
potentiam iam desisse crescere, illosq; à virtute pristi-
nâ multum degenerasse, & fortunam, qua hactenus
prosperrima usi sunt, ad declinationem quandam ver-
gere: cuius rei magnum argumentum est cruentissi-
mum illud bellum, quod laudatissimus ac gloriosissimus
Imperator noster D. RUDOLPHVS. II. cum
Amurathe & Muhamede Turcarum Tyrannis
iam decimum ferè in annum gerit. De cuius belli
progressu hoc in loco multa dicere non licet. Illud sal-
tem subjicimus, si præteriorum annorum memoria
replicitur, vix Imperatorum, regum, aut Principum
quenquam inveniri, qui cum hoste omnium potentissi-
mo tot annis continuè quasiq; sine respiratione dimica-
verit, & quidem tali successu. Etenim Strigonium,
Alba Regalis, aliaq; loca munitissima recepta, Tran-
sylvania & Valachia tyrannidi Turcicæ crepta, ho-
stes aliquoties fusi, fugati, profligati, ita ut, qui sese in-
victos esse putabant, tandem vinci didicerint. Amissa
quidem est Agria & Canisia, pugnatumq; una aut
altera vice infelicius, sed nostrorum potius culpâ quam
virtus.

virtute hostium. Et profectò qui Turcarum vires & potentiam, exiguae verò nostrorum copias & necessariarum rerum magnam penuriam exactius consideret, fateatur necessum est, etiam à tanto hoste non vincere victoriam esse. In hoc autem decennali bello illustrium aliquot Germanorum virtus singulariter eminuit, qui sibi gloriam nominis immortalem rebus fortiter & praeclare gestis compararunt. Cui enim ignotum nomen Caroli Comitis Mansfeldici, cuins principè virtuti Strigonij occupationem debemus? Cui ignotum nomen Adolphi Baronis Schnuartzenbergij, Cui ignotum nomen nobilissimi viri Wabencurtij, qui faurinum magna nostrorum clade & ignominia amissum felicitate admirabili & celeritate inimitabili recuperarunt? Cui ignotum nomen Melchioris Rhederi, qui literis & armis clarissimus Varadinum à multis hostium millibus obsessum summaq; vi oppugnatum raro constantia exemplo fortissime defendit? Cui ignotum nomen Christophori Baronis à TEUFFENBACH, qui D. D. D. Imppp. Ferdinando, Maximiliano & Rudolpho carissimus nobilissimas aliquot ex hostibus victorias reportavit? Ac Schnuartzenbergij quidem & Rhederi laudes hoc in loco alias decantatae sunt. De TEUFFENBACHII verò virtutibus & rebus gestis orationem crud-

eruditam & elegantem conscripsit V. CL. & doctissimus JOHANNES SIMONIVS Oratione professor dignissimus, collega & amicus noster colendus, quam cum ad diem crastinum hora IX. publice habiturus sit, Academicos & literatos omnes amanter invitamus, ut ad illam audiendam frequentes conveniant, & una pro Ces. Maiest. in columitate feliciter belli adhuc durantis successu Deum Opt. Max. comprehendentur. P. P. VIII. Aprilis,
Anno M DCII.



Credo



33

Redo ego vos, Auditores, mirari, quid sit, quod cum
Generosus & illustris Dominus Christophorus, liber
Baro à Teuffenbach, trium invictissimorum Imp.
Ferdinandi Maximiliani, Radolphi II., consilia-
rius bellicus, eques auratus, Dominus in Mairho-
uen & Durnholz, jamdiu hanc caducam vitam
cum immortali & cælesti illa commutari: ego in hoc celeberrimo cla-
risimorum hominum confessu, lectissimaq; juvenum corona surrexerim,
ad parentandum memoria incomparabilis illius Viri, & res, qua ita ab
ipso præclarè gestæ sunt, ut cum quolibet antiquorum comparari posse,
debita laudum prælatione efferendum; cum id neq; huic tempori con-
venire, & à mea persona alienum esse videatur. Omnes enim, ad quos
Teuffenbachij, Heros ad D^o cultum impigri, ad pericula fortis, ad
usum ac disciplinam militarem perici, ad fortunam casumq; felicis, fa-
ma nominis augustissima per venis: hi judicant, tantam virtutem can-
to temporis spacio suo præconio carere, suisq; defraudari præmijs minime
oportuisse: ijdemq; non iniuria arbitrantur, tantæ existimationis ju-
stum buccinatorem neminem esse posse, nisi qui heros huius ad cornua
usq; Lunæ diffusas laudes orationis maiestate exæquare possit. Vera
illa esse, Auditores, sentio: sed ita tamen sentio, ut, quemadmodum So-
lis splendor oculorum lippitudine nec obscurari potest neq; obtundi: ita
existimem res præclaras nulla unquam temporis injuria aut vi contine-
ri posse, quo minus ipsæ longè lateq; se efferant: commemoratione a. &
deprædicatione hominum illa etiam, que à memoria nostra remota sunt,
reviviscere & quasi renasci. Quare tantum avesc, ut Virtus Generosi
Heros Teuffenbachij, quæ sua seipsam quasi voce ad utrumq; polum
jampridem extulit, aliquid detrimenti cepisse judicanda sit, quod in
quartum usq; annum præcone caruerit, ut nihil sit ea præclarus, nihil
illustrius, nihil quod in omnium propemodum oculis circumferatur fre-
quentius, aut in memoria hereat tenacius, aut sermonibus usurpetur
crebrioribus. Meum verò officium huiusmodi es, ut Pietatis illud esse,

B

non

non ostentationis, ut in hoc dicendi theatrum non irruisse, sed deducitus
videri cupiam: non quod ego ex omnibus electus optimè id possem, sed
ne ille pro virtutum & rerum gestarum magnitudine in hac Academia
planè indictus & illaudatus mansisse existimetur. Atq[ue] uinam ita
Deo Opt. Max. placuisse, ut neq[ue] ego has partes in me suscepisse, neq[ue]
quisquam hoc à me officium desiderasset! Viveret, viveret heros ille
sanctissimus, atq[ue] has tempestates periculosisimas, quibus res Hungariae
in discrimen non leve adducta videntur, pietate solareetur, consilio emen-
daret, fortitudine erigeret. Nunc, cum aliud voluerit is, in cuius dex-
tra, calum, mare, terra, omniaq[ue] nostra stane conclusa: vicem quidem
Reipub. meriti & ex animo dolemus: Vos autem, Auditores, dabitis
mihi veniam, si potius quidvis in me desiderari passus fuerim, quam ut
honestissima eorum, qui hoc officium meum expetivere, int, voluntati re-
fragarer. At unde tanii Herois laudes erdiar? unde huius meae O-
rationis initium faciam? ita omnia vero non fucatae, genuina non ad-
umbratae, propriæ non alienæ gloria fundamenta in hoc uno viro sece-
offerunt: ut, si vel natales, vel institutionem, vel præclaras ingenij do-
tes, vel id genus alia animo apud me contemplari; adeò cumulatè in
hunc Virum divinitus collata singula animadvertam, ut quoquò oculos
inflectam, ibi latissimum mihi apertum videam atq[ue] cognoscam dicendi
campum. Teuffenbachiorum, generosissime illius atq[ue] virorum illu-
strium natalibus clarissima familie fama ad cuius fere nostrum aures
non pervenit? Hæc ipsa gaudet & gratulatur sibi de heroe Christophoro,
atq[ue] ex se ortum latetatur Andream, virum illum generosum & strenuum,
equitem auratum; qui ex illustri & nobilissima Heroina Su-
sanna, Domina à Seisnig, felicissimis auspicijs sibi juncta coniuge,
bune ipsum Christophorum suscepit, & in has auras faustissimo sidere in-
arce Valeria Kapfenbergo vidu editum sexto Nonas Octobris, altero
altero anno posse, quam magnus ille & memorabilis comitiorum dies
habitus fuit, in quo Carolo V. Imperatori exhibita est confessio Fidei,
qua à loco Augustana in vulgo appellatur. De cuius utriusq[ue] familie
verè heroicæ & generose præstantia permulta hæc & verè dicere possem,
nisi ad alia & quidem majora properaret Oratio; non quod illa indigna
refractis.

1532.

32

vestris judicem auribus : sunt enim omnium memoria & depradications dignissima : sed ut ad ea, quae huius Viri sunt interiora & propria, queque tam varia sunt tamq; multiplicia ut eloquentissimum etiam exercere posse, eò breuiore via accedam : utq; vos in ipsum virtutum & rerum ab heroe hoc Christophoro gestarum theatrum deducti, eò matutiuus descendatis. Neq; enim quisquam nostrum est, Auditores, qui Nobilitatem generis non magnificat, eamq; tanquam animi quandam insignem notam, atq; adeò magnum hominis thesaurum non admiratur. Errant enim profecti, & grauiter meo quidem judicio errant, qui nobilitatem nescio quibus perstringunt columnis, eamq; homini ad futuram generis propagationem seriemq; continuandam nihil aut parum conferre clamitant : neq; sibi ullo persuaderi patiuntur modo, latentia quædam virtutis principia & semina liberis in generatione communicari : sed idem esse ajunt generoso & virtutum omnium decore conspicuo, an degener & nullis non viis contaminato quis patre sit natus. Quorū dementia ut nequaquam ferenda : ita neminem nostrum esse judico, qui dubitet, quin, cum nobilitas generis alienum & à majoribus deriuatum, liberisq; quasi instillatum sit bonum, ad eam accedere oporteat proprium decus : ut si quis maiorum laudem sua virtute non diminuisse, sed auxiisse, non attenuasse, sed cumulasse dicatur ; cum demum in eo homine existat id, quod veræ prædicationis nomen obtinere possit : hi autem, qui inertia sua claritatem maiorum obscurant, aliena quidem luce mirificè resplendent : sed hauc aliter, ac si sordida atq; fastida loca illustrentur, in quæ Sol radios suos percussione quadam jaculetur. Inselligebat hoc ipsum Christophori pater, homo summis ornamentis, honoris, virtutis, fortuna, ingenij prædictus ; & ut à maioribus inde accessam in Filio optimam indolem, quibuscumq; honestis posset, artibus inflammaret, id unicè operam dabant. Itaq; & ipse aulam, quam Mairhoviae, loco tum ad splendorem tum ad vita commoditatem oportuno, fixam habebat, sic gubernabat, ut filius, cum ea aetate esset, que in horas mutari Poëte dicitur, nihil unquam à Patre audiret, quo non prudenter aut melior esse ; nihil unquam Patrem agere videret, quod cum filius imitatus esset, non simili patri videretur : & in his artibus

B 2

qua

que heros decent, tum domi tum foris institui eum magnis sumtibus curabat. Magna vis est, Auditores primae institutionis in utramque partem: multum valet educatio: aeq. ut quid velim dicam clarius, tunc viræ cardo in eo versatur, recte ne quis an secus à pueris informetur. Omnia felicitatis humanae fundamenta in institutione, si bona fuerit felixq. consistunt: in eiusq. corruptela viræ est calamitas omnis. Verum enim verò longè alia ratione Pauperum, alia Potentum filios educari oportet, quod dum affirmo, nemo me cibis committere, aut rem à communis hominum calculo aversam proponere existimet. Ad unam virtutem utramque nationem institui, & ipsa Reipub. salus, & sacratissima justitia ratio suo quodammodo jure efflagitare; ut, quemadmodum agricola non tantum magni sed vilioris etiam pretij stirpibus pedamenta opponit: ita adolescences infimi iuxta atq. potentes accuratis Pietatis Virtutumq. praceperis quasi suffulciantur, ut mores inde efflorescant germani, recti, ad vita gubernationem utiles ac necessarij. Sed, non ut ad unam virtutem, sic eodem omnes educandi erunt modo. nam quid quoq. absurdius, quid magis ridiculum, quam si quis uno se collyrio omnium male affectis oculis mederi posse proficatur? & quid ab omni tam alienum ratione quam affirmare, nullam sanguinæ, nullam generis, potentia nullam habendam rationem sed eodem viatu, eodem vestitu, eodem cultu, ad eandem deniq. artem Ciceronis & fallonis, Crœsi & Iri, Philosophi Macedonis & bajuli curusdam Laconicæ filium institui debere? Nolo ego, Auditores, hæc ita disputare, quasi vos maximoperè docere velim, aut vobis persuadere aliquid, quod à sensibus vestris abhorreat: ita potius vobiscum agam, ut huic meæ sententiae testes vos accessam magis quam arbitros. Descendite enim in vosmetipsos: adhibete mentis vestre oculos: Reipub. benè gerendæ adminicula apud animum vestrum perpendite. Iam certè mihi assentiemini: iam clarissimum mihi perhibebitis testimonium, cum potentiorum filiis ab ipsis ferè incunabulis ad Rempub. aspirant, inferioribus ad onera ejusdem ferenda propemodum ab ipsa natura projecti: nihil esse, quod tam sit è publicare quam ut in ipsis, qui ad eam nati sunt, omnibus, quibus bene beateq. gubernandi ratio comprehensa est, artibus quam præclarissime sint imbuti. Sapiat sibi

33

sibi Ludoicus XI. Galliarum Rex, qui noluit Carolum VIII. filium
in literis erudiri, quod metueret filio, ne vel regni negotia, dum orum
literariorum sectaretur, negligeret, vel historijs cognoscendis foreitudinis
imperum qui in ipso erat, frangeret. Habeant sibi Gothi in delicijs
vocem illam, qua Amalosuntæ, varijs dotibus exornatae heroinæ, fi-
lium Alaricum Romanorum more instituere curanti, plus quam bar-
barè oggannierunt: non decere ut, qui inter arma & hastas versari de-
beret, literis emolliretur & ferulis. Sariant & habeant illi sibi ista:
dum & hoc habeant, ut in eorum senatu lapis sedeat supra lapidem, ex-
truncus supra truncum, & hi, quos oculos respub. esse decebat, id quod
vident in consilijs non videant. Vobis, Audtores, longè alia mens. vos
attentione & silentio vestro quasi unanimi voce id mihi dicere testariq;
videmini: nisi ex eorum qui ad rem pub. nati sunt numero quis pietate
valeat: nisi ingenio & acuto & alacri & magno sit: nisi ijs animum
artibus, quibus societas civilis continetur, instruxerit: nisi do-
ctrinam de natura rerum & quibus haec continentur causis, mediocriter
cognitam habuerit: nisi in omni Philosophia practica versatissimus sit:
nisi leges, imperiorum fundamenta, noverit: nisi varias provincias lu-
strauerit, mulorum hominum mores viderit, bellis interfuerit; cum
ad quem ab ipsa pueritia quasi anhelat ordinem, cum dignitate tueri nullo
modo posse. Quod cum vestro omnium iudicio sic firmum ratumque;
firmum hoc quoq; ratumq; fuerit: inferiori loco natos cum sanguine il-
lustribus adolescentes nec iisdem ex auro intertextis vestibus uti, nec
eadem ratione eodemq; modo institui atq; educari posse. Pater ergo
Andreas filium hunc Christophorum, ut primum is ex pueris exceperit, ab
his artibus, quibus tenera etas ad pietatem & humanitatem à nutrici-
bus informari solet, ad eas transtulit, quae ad Remp. conservandam or-
nandam plurimum valent, literas nempe & arma. Primæ pietatis
orthodoxe atq; eruditiois fundamenta sub doctissimis Praeceptoribus
felicissime jecit hic heros cum in aula hereditaria Mairhouiana, cum
Græcijs, in nobilissimo illo quondam Provinciali gymnasio. Quibus in
ludis cum tanquam in officina Pietatis & virtutis pie honesteq; educa-
tus, & quasi ad ubiores fatus accipiendo preparatus esset: missus

1547. ecce à Patre Vitebergam, anno proximo à Megalandri Lutheri obitu :
in qua illustri schola Philippum audivit Melanthonem regias docentem
artes ; eiusq; viri lectionibus, in quibus Gratia suos creditæ sunt abluisse
digitos, vehementer delectatus est, sic, ut ne ijs quidem quos pleriq; otij
& commessionum causa institutos impie autumant, diebus studiorum
usum dimitteret, sed eos Pierati, summa cum animi voluptate & dele-
tatione, tribueret. Etsi a. tum orbis Saxonius ardebat bello, & ur-
bem Vitebergam tempestas & flamma & vasitas, capto nuper ad Mul-
bergam Electore Ioanne Friderico Constante, circumsedebat : tamen
tantoperè hunc heroicum juvenem incenderat literarum dignitas : hos
impetus, tantos ardores, has flamas ad descendum in eo excitarane
maxima atq; certissima in studijs proposita præmia, ut amore eorum in
præsentissimum etiam periculum se precipitare non dubitaret. O admir-
randam descendendi cupiditatem ! ô amorem literarum incredibilem ! ô
nostrum corporem ! ô quorundam, malitiam vè an ignauiam dicam, de-
ploratissimam ! qui, cum capit is periculum nullum subeundum sit, tamen
studiorum gratia aut longioris paulò itineris laborem subire reformidat,
aut, si sunt in ijs locis, in quibus optimarum artium est mercatus, tām
supini sunt tamq; oscitantes, ut ne præsentes quidem, cum doctorum ho-
minum lectionibus intersunt, audire curent, sed interim aut dormitu-
riante, aut nugentur, aut animo peregrinentur. Neq; tamen ita Teuf-
senbachius Vitebergæ in omni genere officij sui erat diligens, ut, quod
pleriq; faciunt, adulterio factus studia contemneret : sed ubiq; ad virtutē
& veram eruditus laudem eruditionis amore flagrabat, seq; ita compa-
rabat, ut nihil artibus ingenuis majcri sibi quicquam curæ esse ostenderet.
Eenim posteaquam Vitebergæ discedentem Vienna eum exceperat, urbs
descriptione adficiorum vallis, aggeribus, fossis, gymnasio deniq; & ci-
vibus nobilissima : in his se quam diligentissime exercuit disciplinis,
qua animum vincere, iracundiam cohibere, victoriom temperare, in
rebus experendis fugiendsq; rationem sequi docent. In quo cursu cum
annum integrum confecisset ; patris optimi voluntate projectus est in
Galliam, tum ut linguae illius, cuius hodie in multis usus est aulis, ele-
Mens. Aug. Sætem gravitatem umbiberet, tum ut plenius disceret ea, quæ ad Reip.

1549. magni-

1550.

magnitudinem recte cognoscendam pertinent. Habuit h̄c laborum et
studiorum socios quamplurimos Teuffenbachius: et in primis fratri
Gabrielis, VV Wolfgangi⁹ Christopheri, Domini ab Elsendorf familia-
ritate & consuetudine usus est jucundissima. Commoratus a. in hoe
virtutis studio & stadio totos tres annos ita p̄eclaris animum p̄aceps⁹
instruxit, sic egregijs vitam moribus auxit, ut fama eius expecta-
tionem omnibus; adventus exteris quidem admirationem, parentibus
autem generosissimis gaudium afferre parerebat. Cumq; in quartum usq;
mensē optimos parentes pietate sua atq; eruditioñis varietate morumq;
elegancia mirificè recreasset; gravissimam sibi à se apud propinquos ad-
versariam constitutam intelligens, nisi insiculum suum urgeret, in Ita-
liam regionum nobilissimam iter suscepit: quam terram terrarum alu-
mnām atq; parentem ita per vagatus est, ut omnes eius urbes videret,
non quidem ijs oculis, quibus hi solent, qui solius voluptatis caussa per
orbem discurrunt: sed ut instituta, mores, leges, imperij genus, loca ar-
mis munita, res praeteritis temporibus pace belloq; gestas, principum po-
tentiam, Rerūmp. statum, ciuium studia et via, & his similia quam
diligentissimè in ea provincia notaret. Erat tunc Paravium plenum re-
nascentium optimarum artium ac disciplinarum: studiumq; juris vehe-
menter in ea urbe celebatur. Itaq; Teuffenbachius, principis Italiae par-
tibus attentius lustratis, eoq; iam studio, unde recta vivendi ratio atq;
omnis ordo manat, p̄eclarè cognito; non ut Ideis nescio quibus, animiq;
ab omni gubernatione vacui minutis rem tam nobilissimam astumasset,
aut ut sine judicio illud anima pabulum, medicinam illam morum rerū
illud publicarum fidus Philosophiam complexus fuisse: quod quidem
ijs faciunt, qui sapientes audiunt in omnibus præter q; in ijs, in quibus sa-
piences esse debebant: sed ut usum et exercitationem cum sapientia studio
semper coniunxisse: ad illos se contulit, qui boni et aqui noticiam in ea
Academia cū summa eruditionis & dexteritatis opinione atq; laude pro-
fitebantur. Semper n. qui in superiorum, q; vocant, studiorū genere aliquo
operæ pretiū facere conati sunt, philosophia adminicula sibi comparaverūt
omnes, et profectò quis mare illud juris ingredi audeat sine hac erate, sine
hac rate? tam multa de vi nræ, tam varia de geniū jure hic disputatur:
tot hie

1553
25. April.

1553
19. Julij.

et hic reperiuntur ex omnibus artibus reconditissima : et hic propo-
nuntur intricatissima : ut nisi ijs doctrina de rerum natura, nisi Logica,
nisi Politica, nisi Ethica, nisi alia adhibeantur disciplinae : omnem col-
labi Iurisprudentia vim oporeat : is vero, qui sine horum adminicu-
lorum ope hanc artem per vadere velit, more Andabatarum in tene-
bris dimicare necesse habeat. Quanto autem in precio apud Patavinos
Teuffenbachius fuerit, quam diligentissime ille cultus obseruatusque sit,
quanta exiterit ingenij ipsius, sapientiae eruditiorisque apud homines
præstantissimos opinio; id inde paret, quod eum in Consiliarium nationis
Germanicae : quæ dignitas in ea Acad. summa est : ritè elegerunt, ut
penes ipsum summus in Germanica natione Magistratus in illis locis
esset, ut si quid controversiarum inter nostra gentis, qui magno plerunque
in ea civitate numero operam dant literis, homines incidisset, id ipse sua
auctoritate dirimeret, prudentia componeret, consilio sanaret. Quem
quidem honorem tanta magnificenter ornauit, tanta comitate gesuit,
tanta gravitate administravit, ut illius Teuffenbachiani Magistratus
muleos annos jucundissima & gratissima apud Patavinos herereret me-
moria. Tantos autem & tam laudabiles in illo studio, quo & opem
ferre supplicibus, & excitare afflictos, & liberare periculis docemur,
profectus in Acad. Patavina Teuffenbachius fecit, ut quarto anno,
quam ad illud bonarum artium emporium proiectus fuerat, domum re-
versus arma suppeditaret patri, ad propulsandas iniurias, quas ipsi
frater Servatius intulerat, & causam illam gravissimam vehemens
bus contentionum in judicio Vienensi fluctibus agitata summa cum in-
genij & prudentiae laude regeret. Quo tempore cum multæ ostenderet
præclaræ pietatis, singularis luminis magnitudinisque argumenta ; tum
illud longè maximum fuit, quod tacitus nullo modo præterire possum aus
debo : quod tanta ex literarum cultura collecta in hoc Heroë exiterit
modestia : tanta erga eum, à quo huic lucis usuram acceperat, pietas :
tanta nominis paterni obseruantia : ut sine optimi & præstantissimi il-
lius viri venia ne pedem quidem loco moveret aut domo efferret. O pie-
tatis vim immensam ! O studiorum humaniorum fructum verè divi-
num ! Quantum enim illud ex literis, Auditores, perceptum emolumen-
tum

33

tum fuisse puerandum est, quod hominem nobilissimum in Germania, in
Gallia, in Italia per multis annos sic versatum, ut vita sua cursum re-
nere eum potuisse facendum nobis omnibus sit, tamen in officio concinnet,
ut voluntatem suam cum Patria voluntate semper coniunctam haberet,
neq; ab ea ne latum quidem unguem discederet? Quotusquisque ex delica-
torious est, qui hac faciat, qui se domi contineri aequo patietur animo?
quoniam eorum aliquis ita secum: egone tanquam sutor claudus semper de-
siderat domi? egone ad Patria aut Praeceptoris nunc non secus atq;
ad clepsydram aut statuam quandam Mercurialem semper me compa-
rem? mori me potius malim, quam sub Imperium tam durum tanq;
ad ferricrepidinas quasdam insulas compadum esse. Hac vera esse,
quis nostrum, cui mollesies seculi nostri cognita est, ignorat? At quid
Teuffenbachius? ille patris imperio stabat sedebatque: qua quidem re-
nescio an ad immortalitatem quid posse homini esse efficacius, ad glo-
riam splendidius, ad commendationem illustrius. Sed cum duo sint Reip.
tempora, alterum pacis, alterum belli, curus utriusque recte gubernandi
ratio ad virum Politicum pertineat: cum illud cum hoc in primis sine
armorum cognitione recte gubernari nullo modo potest. Sunt enim belli
tempore conscribendi milites: habendus est conscriptorum delectus: in-
struenda acies: configendum cum hoste: acies disiecta restauranda:
utendum Victoria: que omnia et id genus sexcenta alia unica armo-
rum cognitione complexa est. Quare et hac Politicum instructum esse
oportet: nisi malit cum, cum facto opus est, primum in suis discere, et
cum magno quidem reipub. detrimento discere. Sunt autem non una,
sed plures viae et causae in cognitionem armorum se penetrandi. facit hoc
venatio: praefat id historiarum lectio: potest hoc ipsum umbratilis
exercitatio: ex quibus non minus atque ex ipso Bello ratio arma tra-
ctandi discitur. Atque ut nihil dicam de venatione, que Ciceronis et
Xenophontis summorum virorum testimonio bellicae disciplinae medita-
tio est, qua et corpus ad durissima queque exercetur, et animus ad for-
titudinem, ad temperantiam, ad prudentiam excitatur: quis nostrum
est. Auditores, qui nesciat, perlegendas esse viro Politico historias:
evolvenda eidem esse veterum momenta; enucleanda Iudeorum, Gra-
corum

corum, Persarum, Germanorum, Gallorum, Italorum, Polonorum bel-
la, atq; adeò ex historiis efformandam esse prudentiam non cogitam
modo, sed etiam bellicam? in historijs projecto omnis exempli documen-
ta in illustri loco posita inveniuntur: inde quod tibi tuusq; reipub. pacis &
belli tempore, quod imitare, capiendum: inde fædum inceptu, fædum
exitu, quod vices, hauriendum. Quod si ad hanc partem militares ve-
litationes umbratiles illæ, accesserint, cum facile poterit is, de quo hic
loquimur, Politicus, que legeris ad usum transferre. Et enim per-
magna in eiusmodi sine sanguine pugnis utilitas: vel quod faciunt, ut
tanguam congeniti armis videntur, qui se hoc modo exercent: vel quod
hoc præstent, ut cum exercitia sanguine emta sint subeunda, penè sine
laboris sensu miles pugnas obeat. Ex quo factum, ut omnibus tempo-
ribus, quoquot bello & fama nominis inclarerunt, gentes, id genus sine
cada exercitia celebrarint. In qua re quid Romani soliti sunt, id nemo
nostrum nescire potest: qui magnificare cogimur Romanos, & fateri,
habuisse eos orbem terræ non tam fortuna beneficium, quam virtutis me-
ritum, ut pote qui ex assiduis illis exercitiis, in media pace sine hoste de-
currendo, vallum jaciendo, aciem nunc cuneatam nunc quadratam, nunc
lunarem instruendo, equitando, jaculando, & id genus similibus, robur
& peritiam, quorum plerumq; comes est victoria, sibi necessariò compa-
rassente. Et quantum maiores nostri eidem exercicio tribuerint, monu-
menta vetera loquuntur. Atq; ô utinam Germani! utinam hac exer-
cita, hac ludicra, has pugnas umbratiles revocaremus! aquilinus &
constantius seres nostra haberent, neq; ita aliud alio ferri cerneremus!
nunc vero jacemus: nunc propemodum fabula, nunc concitui ferè su-
mus, etiam ijs, quibus maiores nostri terrori fuerant. Ac nisi Deus
Opt. Max. pro ingenti suo erga nos amore, Imperatorem illum Rudol-
phum II. verè secundum excitasset, quid de nostra omnium vita, quid
de bonis, de fortunis, quid de coniugib; liberis parentibus, quid de hoc
clarissimo Imperij domicilio, de Germania speraremus? Sed quò abeo?
quò feror? quò prolabor? Ad Teuffenbachium redeo. Is ergo cum &
historijs, legendis & meditationibus campestribus ad militarem illam
terribilemq; tubam jam etiam inter libros se preparasset, omnemq; libe-
raleme

23

alem & dignum homine nobili percepisset doctrinam: laudatissimo Scipionis, Valerij, Pompeij, præstantissimorum in Rep. Romana principum, exemplo aliud addere, & in illum descendere campum voluit, in quo Virtus ipsius & prudentia agendo cresceret. Quare accedente optimi & clarissimi Parentis consensu profectus in Vngariam, adiunxit sese equitibus limitaneis ijs, qui castro Tauriscorum VVarasdino, quod à meridie Illyricum respiciens à Septentrionibus Drauo alluitur, praesidijs causa erant impositi. Qua in statione cum alia ad laudem præclara edidit: tūm pugnam cum magni nominis præcipuaq; auctoritatē & fortitudinis atq; peritiae militaris singulari opinione ad miraculum celebri Turno quodam Turcico commisit: in qua ipsa non solum hostem, impacta in eum viriliter & magno lacertorum imperu hastafic dejecit, ut incolumitatem vitæ supplex rogaret; sed deictum etiam prostratumq; exanimavit, adacto in cor ipsius ferro, quod paulò ante jacento destruxerat. Quo egregio facinoro id obtinuit Teuffenbachius, ut omnium oculos in se convergos haberet, & fama ipsius quasi in aliquo orbis terrarum theatro constituta longè lateq; conspiceretur, tum hostium fureorem & audaciam nonnihil frangeret. Increbuerat Goliath illius Turcici mors, & vicinas oras pervagata diuersos excitaverat in hostibus tumultus, alijs Teuffenbachium tanquam fœnum in cornu habentem execrantibus, alijs indignantibus, & inter se ad maculam illam Turcico nomini virtute Teuffenbachij aspersam eluendam cobortantibus. Exticuit tandem Thraso aliquis, qui præ ceteris mirifica fibi audacie laudem tribuebat. Is Teuffenbachio denuò ad singulare certamen provocato ostendit se ultorem iniuria, vindicem mortis, punitorum sui & superiorum doloris futurum. Rhinoceros pugnam cum Elephante robustissimo hoste initurus, cornu, quod in naribus habet, ad petram excuere & limare dicatur. Ita Heros Teuffenbachius immortalitate nominis proq; patria pugnandi cupiditate tanquam cote quadam excitatus tantum absuit, ut hoc duellum detrectaret, ut ambabus etiam quod dicitur manibus tanquam segetem materiamq; gloria sue cupidissime arripere. Dictrus erat certamini locus in campis San Georgij, ubi certis 1557.
3. Maij.
utrinq; delectis aspicientibus pugna fieret. Eò se mature conculerat 15.VIIib.

C 2

Teuf-

Teuffenbachius, hostemq; & huius imperium magno animo expectabat.
Verum egregius ille bellator Turca, ante tubam intrepidus, conspectum
Teuffenbachij reformidavit, potiusq; cum summo dedecore, ac perpetua
nominis infamia de latebris prospicere sibi voluit, quam ut ancipitem
Martis aleam gravissimosq; Teuffenbachij contos experiretur. O vir-
tuem incredibilem! o magnitudinem animi propemodum divinam!
laudent alij subactas à Ducibus urbes: pradicatione efferant eversa
regna: commemoratione celebrant incensum & inflammatum orbem:
hoc fortitudinis tua, Teuffenbachij, laude nihil divinus, nihil praestan-
tius, nihil ad immortalitatem commendatius. nam catervas bel-
licas communicare Duces cum militibus solent; hoc tuum. Teuffenbachij,
factum, quantumcumq; est, quod certè maximum est, hoc torum est
tuum. Nil sibi inde decerpit centurio, nihil hastati, nihil cunicularij,
quin ipse belli imperator in istam se communionem laudis tecum demit-
tere non audet. Nemo me, Auditores, hac ad gratiam aue capienda
alicius aura causa loqui existimet. Habeo enim huius mei judicij te-
stem gravissimum & omni exceptione majorem divum Ferdinandum
Regem Romanorum qui Teuffenbachium Gratij Tauriscorum, quo
Turno illo Turcio confecto venerat, admiratione viri motus, honori-
ficentissimè excepit, & data dextra, quod eximium Casareae benevolen-
tiae Symbolum est, tantam huius Herois laudem comprobavit. Secun-
das res decet superbia, inquit ille: quod quam verè & quam ex tripode
sit dictum, nisi me animus fallit, unusquisq; nostrum novimus. Quare
cum stupore quodam non possum non recordari Teuffenbachij: qui cum
victoriam à Turcis apud castrum San - Helena iam pridem cassi, in-
signem reportasset: cum immanem illum Turnum Ottomanicum manu
sua concrucidasset: cum supremo orbis Domino navatam difficillimis
temporibus Reipub. operam suam placere non igno: aret: mente tamen
& animo τεράγων modestiam ubiq; eandem servabat, & è cursu
quasi honorum à patre revocatus, pluris legem natura, quam privatam
gloriam fecit. Militaverat Hispaniarū Regi Christophorus à Seiseneg-
Teuffenbachij avunculus, egregiamq; ei operam sub vexillus & ductu
Ducis Mediolanensis navaverat. Ad hunc Ducem patris jussu pro-
ficiuntur

1557

19. Aug.

33

sic sicut Heros noster, commeatu Cæsareo instructus, ut quæ nondum 1558.
soluta erant a vinculo stipendia exigentes. In eo iinere mulea præclaræ mens. Iun-
loca vidit notavitq; lacum Comensem, qui olim Larius dictus: ipsumq;
Comum à Gallis Orobis primò conditum, à Scipione deinde & Pompejo
& Cæsare exornatum: in ripa illius lacus meridionali adeò amoenissi-
mo loco positum, ut ad solas delicias factum videatur: ortu duorum Pli-
niorum æternitatem dignissimorum virorum nobile oppidum: Mediola-
num deniq; urbem, ei vium generositate, edificiorum omnis generis ma-
gnifica descriptione, rerum admirabili copia, Portaq; loria, munitissi-
ma arce famigeratissimam. In ipso autem negotio & ingenij & animi
& consilij sui lumen ita ostendit, ut ex eius effet quam commendatissi-
mus. Sed nunc venio ad ea tempora, quæ singularem huius Herois
pietatem, pruenciam eximiam, fortitudinem mirificam, atq;, ut uno
verbo dicam, animum totum, in quem divinitus omnes certatim virtu-
tes collatae erant, nobis explicane, virumq; illum in luce Reipub. tan-
quam in arce quadam Phidie, unde ab omnibus conspicere posset, consti- 1558.
tutum nobis exhibent. Nam ut primum Teuffenbachius Mediolano mens. Apr.
digressus; iinere facto per Helvetios, per Rauracos, per Nemetos, per
Vbios, per veteres antiquorum Sicambrorum, Aduaticorum, Matia-
corum sedes, per Flandros deniq; nobilioribus in illo orbe viis urbibus,
& Belgarum præterea belli gerendi ratione inspecta; ad patrem redi-
rat: tum vero tum studiorum & peregrinationum, laborumq; quos ha-
bentus exantaverat, militarium fructus efflorescere cumulatè ceperunt,
qui qualis quantusq; vir esset Teuffenbachius, quasi certissimo quodā ju-
dicio toti orbi Christiano ostenderent: in quibus commemorandis, si me
parcum magis quam nimium animadvertisse hi, quibus Teuffen-
bachius examussem fuit cognitus, iij nobis veniam, quod oro, dabunt.
Cum enim ingenium ipsi natura tribuisse literarum omnisq; discipline
tum cogita tum bellicæ capacissimum: vim illam atq; indolem naturæ
à pueri securus, vir factus ita se comparavit, ut & prudentis & justi
& bellicosi, & auctoritate prædicti, & magnifici, & modesti, & tempe-
ranti & p. 1558. & pijs atq; religiosi Duci laudem referret, earumq;
virtutum q: monumentum quoddam inter homines relinqueret. Cui n.
animi

C. 3.

animi ades & sagacitas illa & bonitas, qua & quid sit in quaq; re verisimum perspiciat, & acutè celeriterq; videat & explicet rationem, quidq; in vita experendum sit, quid fugiendum dijudicet: buie ad res justè & præclarè pacis & belli tempore domi forisq; gerendas nihil deesse arbitror. nam prudentia regia plane res est: & vi Agathon dicebat, numē quoddā: in qua si Plutarcho credimus, sola Iovis excellentia summo ponit posse, & quæ comites habeat omnes virtutes. prudentia auream mediocritatem investigat: sibi alijsq; consulit: cauторibus semper utitur consilijs. prudentia in posterum providet, omniq; cura caret, ne ea committat, qua se fecisse pœnitit. prudentia in Deum religiosa; in patriā pia; in parentes & sanguine junctos φιλόσογγος; in totum genus humanum officiosa est. Hac eadē in Teuffenbachio cum summa esset, neq; delitescere neq; abscondi potuit, quin se exereret, & Heroëm hunc omnibus exponeret sic, ut ad summos honores ipse electus omnia fortiter, omnia consideratè, omnia animosè agere deprehenderetur. Primam ingenij vim ostendit Heros noster eo tempore, quo ipsi demandata erat provincia visendi utriusq; Vngarie castra. Iam enim ferè ab annis ducentis Vngariam quasi orchestrā esse Martis; & Helenam illam, quam nostri Imperatores & Tyrannus Ottomannieus armatis precibus ambire, & de qua tot secula crudelissima inter se bella gerunt nemo nostrū, uci opinor, ignorat. Idipsum bellum sub Soleimane, Selymi illius primi, qui ex cippo, quem Byzantij erectum ei scribunt, de se loquens adhuc bellorum sufficientissimum animum spirat, filio vehementius recruduit. Nam Belgrado, munitissimo ad Confluentes Danubij & Savi oppido, fortissimoq; Germania propugnaculo, nostris erepto, cum Buda quoq; in potestatem Turci concessisset, & Ludovicus Boemia Vngariaq; Rex spē summae adolescens, in pugna Mohacensi infeliciter occubuisse: maximum inter Ferdinandum Augustum, & Ioannem de Zapolia comitem Zepusiensem Iazygum Transylvaniaq; præsidem, Polonia Regis Sigismundi primi generum, de regno Vngariae; quod alter ex dotalibus patetis ad se pertinere, alter electionis jure suum esse contendebat; ortum est & toti orbi Christiano pestilentissimum dissidium. Ioannes enim ille quem

33

ille, quem *Annales Turcici Erdelij* Banum indigent, partim metu pe-
tentiae Ferdinandi, partim ambitione & invidia impulsus, posteaquam
Soleimani Osmanida, viam ipsi ad Portam Turcicam Hieronymo quo-
dam Lasco sternente, in detrimentum Reipub. Christiana cum indelebili
sui nominis ad omnem posteritatem infamia, se commendasset: se vum
illum & juratum hostem in nostra viscera attraxit. Quid memorem fu-
nestissimas immanissimi illius facinoris clades? Vienna arietē Thraci- 152.
eo vices horribiliter quassata, hostilia Turcici tyranni auratis fastigijs
collucentia castra tūm primo omnium vidit: Austria, vicinumq; No-
ricum ferro igni, flammis vastata: cæsi senes: rapti juvenes: mulieres
turpia sub maritorum oculis passæ: infantes vel utero secti, vel qui ma-
trum adhuc herebant uberibus, parentum miserrimorum destituti auxi-
lio, de stipitibus per vicos crudeliter suspensi. & sexcenta id genus ab ho- 153.
ste barbaro qui ad urbis Aredatæ seu Lini muros penetraverat, va-
stanto, suprando, mactando, laniendo, in Moravia, in Austria, in Ba-
varia perpetrata: casus est Christianus exercitus nunc ad a Quin-
quecclesiæ, nunc ad b Budam: à Tureis deditio[n]e, occupatum c Pe-
stum; captum Serigonum; solo aquata Quinquecclesiæ; in potestatem 1537.
redacta Alba regalis; d Temesum nostris eruptum; superata e tota b 1541.
Valachia inferior; expugnata f Filicum & g Pankotum, & Sene c 1543.
& Desme & h Edena & k Zigerum & Iula, munitissima illa atq; g 1564.
florentissima loca; inflammata Babozza, San-Martinus, Gerosga- h 1565.
lus, Solia, San-Laurentianus: aq; hac omnia unius Bani perfidia, k 1566.
auspicijs ac ductu unius Soleimanis nostris sunt mala inficta. Hoc i 1556.
ergo lacrocino flagrante deligitur à Ferdinando Augusto Christophorus
Teuffenbachius: qui ad ea, qua eis & ultra Danubium in Vngariâ
Augustali tūm parebant imperio, castra prefectus Iaurinum, Co- 1559. à
morram Filicum, Zamarum & reliqua Christiani orbis præsidia Kal. Ianu-
lustrat, annona reficit, commeatu bellico instruit, tormentis armat, mi- usq; in 23.
litice munit: inq; ea re singularem suam prudentiam, & rectè consideratq;
qua excellebat, facultatem orbis Domino probat. Nihil tūm intermic- Octob.
tebat Ferdinandus Augustus eorum, que ad pacem conciliandam & ad
quietem otiumq; afflictissima Vngarie reddendum pertinere viderentur.

Sed per-

Sed perfidiissima Mahometi gens cum vivo Augusto, cum optimo illo Imperatore mortuo non desinebat omnia per eotam Vngariam cede, rapinis, libidinibus, ferro, flamma miscere: quod Soleimanes, pro eo, quem apud animum suum conceperat, fastu, non obscurè præ se ferret, jure sibi deberi Vngariam, pro qua tantum itineris tortus emensus fuisset; cuius causa et longinquas & difficiles profectiones instaurisset: pro cuius salute et cum suo periculo coniunctas expeditiones suscepisset: neq; id sponte, sed accersitus; non cupiditate aliqua ductus, sed primum à Banco excitus, deinde hoc mortuo, precibus Isabellæ protractus; deniq; Ioannis Sigismundi, Osmanidarum successione paterna clientis iniurijs provocatus: proindeq; contra pacem, quam Regi Vienne juramento confirmasset, nihil se designare quicquam negaret. Quæ res efficit, ut Maximiliano Augusto, d' vi patris Ferdinandi in Imperium successor, necessitas imponeretur, inhumanis illis conatibus, latrocinijsq; tam abominandis resistendi. Ad quam rem cum alios Duces rerum usu atq; fide claros Princeps convocaverat; tum Lazaro Svendio, Baroni altæ Landisbergæ, rebus magnis solerter & præclarè gestis ad omnem posteritatis memoriam illustri viro, summam belli administrandi cum potestate amplissima Augustus commiserat. Ad hoc bellum sacrum Heros Teuffenbachius, amore patriæ excitatus, & ipse animum appulit, seq; cum ijs, quos par in remp. inflammerat caritas, Svendio coniunxit, cum non exiguae equitum pedicuntz copias ducenti, & agrum, qui à Gepidis antiqua natione Germanica Cepusiensis hodie dicitur, tenet. Diligebat autem Svendius Teuffenbachium: eoq; usus est & milite fortissimo & consiliario solerterissimo, quis n. odio habeat excellentem virutem nisi improbus? quis vim ingenij sagacem non ferat in oculis, nisi à prudentia alienus? Et tamen hic Heros, cum Erdenam tentasset, cum non raro in larrones Tūrcicos imperum fecisset, cum sapissime ab hostibus spolia ampla reculisset; non effugere potuit invidorum sceleratorumq; hominum virulentas criminationes, occultaq; odia. Pantheræ sic in visam scribunt hominis faciem ut bellua in eius etiam imaginem, simul ac illam confpexerit, furiose irruat. Ita nihil est quod invidum magis exeruerit, quo ille plus offendatur, quam bonitate virorumque honesto.

33

honestorum aspectu: atq; adeò delictum in illos summum est, consecrari
& amplecti virtutem. At hoc invidus Leopardus immanior est & tru-
culentior; quod hic hominem aperte, ille virtutem dolosè, & sub colore
quodam invadit. Verum enim verò nulla alia melior est in vidi ulci-
scendi ratio, quam qua Diogenes suadebat, ut is, cui invidetur, tanto stu-
diosius virtutem colat, quanto sciat plures esse, qui laboribus, dignitatibus
& laudibus ipsius in videant, atq; eas probari molestè ferant. Idem fe-
cit Heros Teuffenbachius: qui non tantum calumnias, quibus apud
Suendium deformatus fuerat, & re & verbis foriter refutabat, sed hoc
etiam sibi ex illis comparabat, ut quanto majoribus in vidiā vencis cir-
cumstari se animadverteret, tanto vehementius rectè faciendo hominum
nequissimorum improbitatem infringere, & voculationes inimicorum &
proditorum debilitare eniteretur; cum & sapè in hostes excurreret, &
parva manu majores Turcorum copias aliquoties sternet & profliga-
ret. Quibus artibus id affectus est Teuffenbachius, ut in bello, quod
Christiano orbi cum Ottomannis est gravissimo, omnibus honorum
gradibus ornaretur. Primo supremus equitum Tribunus i 566.
judicio Augustali electus ad tutandam Vngariam superiorē; cuius cum ultra
& cis Tibiscanos agros excisi à Soleimane, Bani rogatu, Tartari mi-
serissimè vexabant vastabantq; nussus est cum potestate, quam ille pro-
vinciam ita administravit, ut & in oculis omnium versaretur, & re
benè feliciterq; gesta cum summa laude ad Imperatorem Maximilia-
num, Vienam cum commorantem reversus, paulò post in consiliariorum
bellicorum, quos Apolectos vocant, clarissimum collegium augustalibus i 567.
solemnīs cooptaretur. Constat fuit sub idem tempus VVilhelmo Sa- 15. Martij.
xonie Duci calamitas insignis. nam cum optimus is Princeps, quo
nescio errore, VVilhelμ Grumbachium & prescriptos ab Imperio e-
ius socios in arcem Grimmenstain receptasset, eosdemq; contra Cæsaris
& Imperij mandata pertinaciter tuerecur; præclarissimum illud ca-
strum fatigali quadam necessitate urgente, quarto mense quā obsesum fue-
rat, deditum est & funditus dirutum. Huic quoq; expeditiōne incer- 16. April.
fuit Teuffenbachius: qui confessis, quæ Maximiliano erant in Misnia
& Silesia, gravissimi negotijs, ubi Viennam rediit, Legatus eligetur, 26. Maij.

D

qui cum

qui cum Antonio Veranio Agrie Episcopo, Constantinopolin eat. Imperabat ea tempestate apud Osmanidas Selymus 2. Soleimanis filius, Murathis ejus, qui nostra etate laurinum argenteum hastis ceperat, pater princeps ingenio audaci, sed in Venerem Bacchumq; effusissime proclivi. Hunc illatæ à majoribus Ottomannicis ad Nicopolin & Varnam nostris clades, albentesq; adhuc casorum à patre Soleimane Christianorum ossibus ad Mohacum campi; ut est fragilitatis humana in rebus prosperis flagitiosa oblivio; insolentiorem effecerant. Nostros autem casus illi prudentiam docuerant, et consilium suppeditaverant, viatoriarum Turcicarum cursum tanquam concitati et hybernis nivibus aucti fluminis cuiusdam imperum, Romana et iaudabili contatione censos aggeribusq; tardandi et reprimendi. Ei enim insanis, ne dicam furor, ei hosti, qui instar fulminis divinitus immisi, quaeunque incedat, omnia prosternit, affigit, dissipat, delet: qui innumerabilium regnorum opibus instruictissimum dicit exercitum: qui terrore nominis sui omnia compleat: dubio reipub. tempore armis potius, quam consilio occurrere, uniusq; horæ momento male privato studio designare, quod publica totius orbis Christiani calamitate fœdissime luatur. Illi autem mihi prudenter agere videntur, qui in præcipiti et lubrico stantes consilium à præsenti necessitate reperire, fati suo iniquiori cedere, atq; adeò ex præsentissimis difficultatib. præclarè noverint ea exruere qua in patriæ emolumen- tum, ciuium salutem, totius summa conservationem cedant: gubernato- rem imitari, qui, ubi à naufragio sibi timeret, jacturâ, quicquid servare potest, redimit. Hac virtute Fabius Annibalem sustinuit, Scipioniq; ad victorias, quas postea de Afris retulit, quasi viam stravit. Hac virtute, ut alios faceam, Carolus 5. & Ferdinandus divi Impp. sepiissimas immanissimi hostis irruptiones sapientissime represserunt, id cum magno reipub. commodo. Hujus quasi hereditaria artis memor opt. et Clarissimus Imperator Maximilianus, publica saluis cupidissimus; imperij non exterris solum bellis, sed seditionibus quoq; tanquam turbulentissimis tempestatibus miserrimè tūm lacerati tabularum recollegendarum studiosissimus Princeps, mitiis legatos Byzantium, Antonium, quem dixi, Verantium senem jam et affectæ propemodum etatis virum,

23

virum, & Heroem hunc Christophorum liberum Baronem à Teuffenbach. Cum illo igitur Posonio egressus Heros noster biduo postquam 1567. Constantinopolin veterem Græcerum Imp. sedem venerat, ad Turci. 30.Iun. cum Tyrannum in Sarayum accessus est. Solent cubicularijs, qui Ty. 24.Aug. ranni illius acrium custodiunt, eos, qui expediundi aut impetrandi alienus gravioris negotij causa à Regibus ex diversis orbis terrarum partibus ad Portam misi veniunt, ita in conspectum Tyranni adducere, ut brachia legatorum teneant, & postea, ubi hi quasi deosculata Tyranni manu recedunt, inde ad parietem oppositum cessim, sic ne Tyranno tergum aut ullam posterioris corporis partem obvertant, reducere. Parri ritu Teuffenbachius ad Selymum admissus, ea, quæ cum Verantio in mandatis habuit, exposuit; auditoreq; Selymo satis benevolo usus est. Est in rebus arduis nihil neq; tam necessarium, neq; tam periculosum, quam ab alienis consilijs pendere. Nec tamen dubium est, quin in rebus gravissimis consilco opus esse, omnes boni existimenter. Etenim quis tanta unquam præditus est sapientia, qui per se qmnia perspiciat, omnia cognoscat, omnia videat solus? cui tantum est ingenij lumen, ut omnia intelligat solus? quis porro tam est iusolens aut tam barbarus, ut suo se consilio omnia administrare posse, nulloq; consultore indigere, existimet? Natura profecto mortalium hac quoq; prævitate laborat, ut in suo quisq; hebetior sit negotio, quam in alieno: ut omnino turbida judicanda sint eorum consilia, qui ipsis sibi suadent. At ceu Sol non uno eodemq; ad cœlum motu, neq; tamen prouersus adverso & opposito, sed ita volvitur, ut obliquam & leniter illam inflexam viam pererrans; lentum & flexibilem sequacemq; quo universitas ipsa constat, anfractum efficiat; pari modo si summum Principis imperium per se violentum atq; formidabile prudencia fidelium amicorum temperetur, existit inde reipub. salubris, principi necessaria moderatio, qua Deum æquat Princeps, & omnia cum ratione atq; humanitate administrat. Idem plane, quod mirum alicui in barbaro videri posset, Turcicus Tyrannus sequitur, ut quoties ardua incident, consultationem cum proceribus suis instituat quam diligentissimam. Interim ergo, dum Selymus cum suis ex turbinatis capiribus purpuratis deliberat, Teuffenbachius, potestatem à Tyranno nactus in

D 2

Asiam

1545.

1555.

1553.

1563.

24. Febr.

Aiam minorem, que hodie est Anatolia, excurrit, pedibus calcat ea loca, ubi Chalcedon fuisse existimatur: Nicomedie veteris & fama clari oppidi parietinas & ruder a contemplatur: Nicam, clarissimam Synodo urbem, visit: superatisq; Olympi montis divis in Galatiam usq; penetrat. Reversus Byzantium, iussus est a Tyranno Hadrianopolim, quæ est ad confluentes Hebri, Tunse & Hardæ, secedere: et in illa urbe, quæ ab Hadriano Imp. et nomen & omen accepit, aliquantip per substitit. Inde paullò post revocatus Byzantium, pacem octeniem nomine Maximiliani Augusti cum Sultano Selymo, conciliat atq; init, faustissimis planè omnibus, ut quisq; sibi retineat, qui cquid eo bello ceperit. Quæ conditio ut plurimum Maximiliano profuit, fines enim suos opera Lazari Suendij ita ampliaverat, ut latissimos & laxissimos eis ex ultra Tybiscanos agros suo imperio adjecisset: quos omnes Cesari suo Teuffenbachius ab avarissimis & dominandi libidine inflammatis Turcis obtinuit. O benignissimum fatum! O admirandum Opt. Max. in suos favorem! ô celeritatem cum incredibili felicitate conjunctam! Quid enim Teuffenbachio animi fuisse existimabimus, Auditores, cum ipsum quasi abdicaret Tyrannus, & Byzantio Hadrianopolim relegaret? Obversabantur Heroi huic tot clarissimorum Impp. Oratores, qui aut re infecta, aut parum ex sententia confecta Viennam superioribus seculis remeaverant. In conspectu & sub oculis propemodum erant Ioannis Malyeij compedes. In memoria recente herebant Augerij Busbequij ad Soleimanem, domesticis filiorum latrocinijs tum gravissime ex aquarum, plenissima periculorum difficultatis contationum pericula. Recordabatur ipse Verancius diuturni illius temporis, quod ipse ante non multos annos in simili pacis negotio Byzantij inaniter consumserat. Idem ne sibi eveniret, cum Teuffenbachius veretur, cum Pax cum suspensum teneret: cum inter sacrum & saxum quod deinde, anxius hereret: ecce latissimum nuncium: facta transacta esse omnia: coiisse pacem inter Augustum & Tyrannum Vngaris optatam, Germania utilem, Augusto non injucundam. Qua utrinq; tactus diversis Sacramentis confirmata, Teuffenbachius pro more Portæ sericeis vestimentus Turcicus preciosissimus cumulatus, & à Basüs in Divano liber aliter exceptus

per Ma-

23

per Macedoniam, per Rhodopen Poetarum fabulis clarum montem,
per Dardaniam, Bulgariam, Serviam facto itinere Viennam rediit, ^{1568.}
fructum laborum secum ferens amplissimum octennales inducias. Lau-^{10. Maij.}
datur Perseus, quod res maximas in diversis terrarū partib. cū summa
felicitate peregerit, ita ut Poeta excellentem ejus prudentiam, & in ne-
gotijs conficiendis celeritatem, & auctoritatem, & quā diuinitus tege-
batur vim significatur, addant & tribuant ei talaria Mercurij Palladis
scutum Gorgonis caput, galeam orci. Verius hac de Teuffenbachio di-
ci possunt. Etenim singularis in eum di vino quodam munere collata fuit
virtus, qua in diversis orbis partib. minimo temporis spatio interjecto res
gravissimas ea fortuna, quae potest esse maxima perageret, ut nemo
negariet, his vel ornamentis vel praefacijs redundasse Teuffenbachium,
quibus ad res conficiendas majora nulla esse possint. Auctoritatem au-
tem defuisse negabimus ei, qui vel solo nomine hostem toties perterruerit?
aut galea, non Orci quidem, sed celesti destitutum dicemus eum, qui plus
centes cum hoste conflixerit, & tamen incolumis ex pugna semper redie-
rit? Reversus ergo Teuffenbachius Byzantis, sine mora Canisensem ^{1568.}
& Comorensem exercitum lustrat: inde cum Lazaro Suendio & Nico-^{28. Iulij.}
lao comite à Solms viris illustribus, de muniendo Canisio, quod ante pau-
cos annos nostrum esse desit, consultat: illudq; deliberatione facta pro-
pugnaculis firmissimis excusatatis ad eam magnitudinem & firmitatem,
qua nunc esse dicitur, perduci curat. Mox, cum limitanei Turci in
Cepusium pradatum excurriſe nunciarentur, missus est eō, ut Ioannem
Ruberum Dominum à Pixendorffo, virum in re militari summum, in ^{1569.}
latronibus reprimendis juvaret. Cumq; Ruberus aliquantò posset in pe-
riculosisimum corporis morbum, incidisset, publica voce præconi, mandante Augusto electus est Teuffenbachius, ut vices Generalis quem vo-
cante Cassavensis, dum valerudini Ruberus restitueretur, obiret. quan-
ta tūm fuerit ipsius in partibus reipub. turcicis vigilancia, quanta in
Turcis avertendis virtus, quanta in seditione rusticorum sedanda coer-
cendaq; fortitudo: idipsum campi tūm Cepusienses, tūm Cassovienses ad-
huc loquuntur. Est ad Transylvaniæ fines juxta Somos fluvium mu-
nitissimum castrum Zactmarum, in quo non exiguum & Vngariae mo-

mentum, & respub. Christiana praesidium reposita haberet. Illud sub
mortem Ferdinandi Ioannes Sigismundus Erdelij Banus, noxijs per-
duellum quorundam procerum consilijs incitatus, ejecto Melchiorre Ba-
lassa, Casars prefector, capris conjuge liberis et thesauris ejus, in suam
potestatem redegerat. Sed Suendius idipsum ab Ungaris ditione
receperebat. Huic castro, & orbis Christiani in illis partibus propugna-
culo singulari locis illi dicēsi Zācmariensi cultos ac gubernator addi-
tus Teuffenbachius Turcorum impressiones excursione q̄ multis suis &
firmis praesidijs ita sep̄ circumclusus, ut se contra rem pub. commovere
non posset. Budensem & Temesvariensem Bassas, versutissimos &
cerrimot hostes, cum libidine incredibili efferauti, aut inscio Tyranno,
vel prefecto connivente ad oppugnandum Tcheheimum conjunctis viri-
bus prefecti essent; sola sui advenitus fama ita terruit; ut retrocedere
eogerentur. Atq; ut multa in pauca conferam, tanto praesidio hic unus
vir toti illi Zācmariensi provinciae fuit, ut cum Maximilianus Augu-
stus eum pro Prefecto iterum Cassoviam evocasset, regio Zācmariensis
universa absentiam hujus Herois defensorisq; sui quam agerrime fer-
ret, & ab optimo Imperatore sibi Teuffenbachium quam maturimè
reddi omnibus votis optaret. quod & impetratum est, & certè tempe-
stive. Confluerant Belgradenses & Petri-Varadinenses Turci ab ul-
timis Pannoniae finibus in Zācmariensem agrum se exonerare, rati,
absente Teuffenbachio posse se scelus illud & latrocinium suum impunè
perpetrare. Eisi enim pax inter Augustum & Tyrannum coiērat,
tamen limitanei Turci semper violabant fidem, & pro ingenti atq; in-
comparabili sua cupiditate, immanijs sanguinis Christiani fici erumper-
bant in nostros fines pretextuq; pacis se collocupletabanc. Idem hi, quos
dixi, latrones in animo habebant. Sed nomine expectationeq; Teuffen-
bachij conatus illi occidimi attenuati atq; imminuti sunt adveni sub-
lati tum ac sepulci. Quid dicam de insigni victoria, quam ad castrum
Callo à perpetuis nominis nostri hostibus idem reportavit? Quid me-
morem duellum, quod in ijsdem campis instiuit cum Turca quodam &
fama & corpore magno, cuius umbram non pauci fugiebant; omnes
autem tanquam pestem quandam horrebant? quo in duello Teuffen-
bachius

1564.
1567. sub
medium
mensem
Ian.
1570. 14.
Septemb.

1573.
8 Ian.

1574. men-
se Sept.

25

bachius trucidato illo iniustitate magnitudinis & terribili panoplia ar-
mato Polyphemo, vixit exire : cui & caput à cervice sua dextra re-
vulsi, & abscessum Maximiliano Augusto munere loco misit. Quid de-
nig, alia commemorem fortia hujus viri prælia, quibus effecit, ut cum
agricolæ Zemarienses paulo ante adventum ipsius in eam provinciam
mortis aut feruntur & fædissimo periculo se exponerent, si quando aut o-
pus ruri facerent, aut per agrum illum negotiarentur ; suo tempore
omnia ipsis essent tutæ, & à prædonibus per eos annos, quibus ipse Zem-
maro præerat, libera ? Finierat diem suum præstantissimus Imperator 1576. in
Maximilianus : eiq[ue] in Imperio successerat Filius Rudolphus secundus, comitis Ræ-
pietatis, mansuetudine, fortitudine & augustalibus virtutibus nemini tisonesib.
Casarum secundus, felicitate & vixorijs vere secundus. Ab hoc Prin-
cipe Teuffenbachius Zemarienses fasces per liseras deprecatur, & ad
alium virtute ornatussum virum transferri orat : non quod illum pro
Repub. periculum defugeret, sed ne Zemariensem illum omnibus bo-
nis & fortibus debitum campum, gloria palestram, sibi soli arrogare vi-
deretur. Difficulter a. et agere id à Rudolpho Aug: obi: inuit: obtinuit ta-
men. Zemaro ergo relicto Viennâ rediit. ubi postero quam venerat die 1577.
ad consilium bellicum adhibitus, ea dixit, quæ ad salutem & incolumi-
tatem totius orbis Christiani pertinebant. Nec mora longa interposita
ad novum Imperatorem Pragam magnis itineribus contendit : Rudol-
phum Augustum salutat : in pompa funebri, quæ cum Maximiliano 23. Mart.
ducebatur suas quam honestissime partes tutatur. His perattis abs Ru-
dolpho Augusto mandatum accipit redeundi in Vngariam ut ejus regni li-
mitanea castra penitus inspiciat, & novo Casari, quid quæq[ue] partes desi-
derent, renunciet. Turpe n. ducebat Rudolphus Augustus, bonum patrem
fam. scire quid & quantū in bonis sit, itemq[ue] quæ ad esarta quæ tectæ
sint quæ secus: aut ubi ager rivulū, ubi fossam desideret: Mundi Dominū
quibus partib. quæq[ue] regio incolumis sit, quib. laborete, ignorare. Maxima
autem celeritate usus est Teuffenbachius fide pari. & ad Imperatorem,
cui homagium, quod vocant, tū præstabat Silesia opulentissima provincia
primū reversus, deinde in Moravia Principem secutus recordatione vir-
tutum commendatione, Augustali in numerum Procerum ejus ditionis,
penes quos

quos arbiterium est eorum, quæ in Rep. summa putantur, rite cooptatus est. Cogitabat tunc Teuffenbachius, se ijs, quæ manu in bello ex angelari solente, laboribus defunctum, satis gloriae et reipub. vixisse: totusque in eo erat, ut privatam, quæ supereret, vitam degeret Durnholzij, quod in Moravia situm ipse emerat, et nobili adficiorum descriptione, hortis per amoenis, aliusque rebus tum ad aspectum jucundis, tum ad vita usum percommodis exornaverat: in quod se abderet, ut ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermisæ, se referret, et cum Musis in gratiam rediret, easque ex veteri instituto coleret. Sed præclara arx in loco collocata ex celso occultiari nequit, quin ab omnibus conspicatur et experetur: Ita Teuffenbachius non conspectus est domini inter suos, ut lataret foris; sed ita latuit domi, ut ab omnibus foris conspiceretur, inque omnium oculis ferretur. Patruus enim Rodolphi Augusti Carolus Archidux Austriae eum excivit, et Liburnico Illyricoque armamentario, qui bonos summus est, præfecit, et in consilium bellicum cooptavit. Imperabat tum Turcis longè lateque Murathes tertius, Selymi 2. ex Christiana matre filius, patris cætera dissimilatus, hoc uno pejor, quod mulieribus magis, quam virorum prudentium consilijs esset obnoxius. Is principio sui regni, quas cum Imperatoribus nostris, Teuffenbachio internuncio, pater fecerat inducias, constantissime servabat, siue quod juramenti esset studiosus, siue quod abhorret a bello, siue quod temporum iniquitatibus, et belli, quo cum distinebatur, Persici magnitudine atque infelici administratione sollicitaque eventu exclusus aliter facere non posset. Sed miles, quem Vngaricis et Croaticis finibus praesidijs causa Tyrannus imposuerat, pacis impatiens, præde cupidus, quietis et otij inimicus. Sapienter illud tentabat, quod Poeta versu complexus est, tutam nempe esse viam per amici fallere nomen: et fidem juratam, nulla injuria laceritus, sceleratissime violabat. Nam cum alij, tum imprimis Ferrathes Begus die, qui infatis divis Petro et Paullo sacer est, manu latronum conflata, celeritate quadam inexpectata ultra Colapin fluvium in Carniolam irriguam irruerat, et furens audacia, anhelans scelus, pestis quoque venerat, secum afferens, omnia ad exitium et vastitatem vocaverat, multaque Christianorum

horum capita cum amplissima præda secum abduxerat. Accidit id ipsum
 sub exordium Magistratus illis in locis Teuffenbachiani. Quia calamiti-
 tate audita Heros noster, non adest, ut Ajax, percitus, sed justo dolore
 violatq; pacis ulciscenda studio excitatus, cum paucis milite ex Carolo-
 stadiensi & Nauportensi præsidij collecto, hostem insequitur: illoq; in
 campus, qui ad duodecimum Carlostadio lopidem absunt, deprehensio,
 primùm quos secum habebat Duce & milites alloquitur, erectos ad vir-
 tutem inflamat, nutanies & hostium multitudine dejectos confirmat &
 erigit: ut memores religionis in Punicam istam perfidissimamq; gentem
 fortiter arma inferant, neq; tam numerum latronum, quam bonitatem
 causa, & virtutem quisq; suam ponderet, obsecrat: se Deo, perjuriorum
 ultore. Duce in hanc spem sententiamq; ingressum: eum, cuius templo
 latronos illi violassene, quem blasphemis contumelijs atrocissimè office-
 cerent; cuius populus esset, in quem, nulla nec religionis nec honestatis
 Politica habita ratione, flammis, ferro, libidinibus tanta feritate servi-
 rent; eum ipsum non procul sed presentem suo numine aeq; auxilio in
 prima acie affuturum, de perditissimorum hominum nefario scelere pœ-
 nas sumturum, hostesq; illos reipub., bonorum inimicos, latronos Vngaria,
 perfidiæ inter se fidere ac nefaria societas conjunctos, aeternis sup-
 plicijs vivos mortuosq; mactaturum. Hac effatus deinde incredibili ce-
 leritate suos in ordinem redigit, aciem instruit, in hostem irruit. anceps
 initio & dubia erat pugna, sed tandem Teuffenbachius, Deo conatus
 ipsius juvante, ex anticipi pugna, hostibus in fugam conjectu, victoriam
 sibi certam operatamq; vindicat, easi Turcorum quamplurimi: non pau-
 ciores capti: prædaq; cum mancipijs Christianis, salvo nostro exercitu
 recuperata. Sed intelligebat Teuffenbachius, quanta Turcorum sit vi-
 gilantia, quam improbus labor, quam illi sint in omnes partes intenti.
 Itaq; ne reipub. deesset, omnia lustrat castra, que inter Carlostadium
 & Segniam maritimum Illyrij & limicaneum ad sinum Dalmaticum
 loci oportunitate & arie munissimum oppidum, interjacent: & occa-
 sione ita ferente Venetias usq; excurrit: eaq; urbe maris Domina, salu-
 tata, Segniam reversus, ordine omnia castra obit, collapsa reparat, di-
 recta reficit, ruinam minitania restituit, pulvere deniq; pyrio, globis,

E

commea-

commeatu, milite unūquodq; quām prudentissimē munit atq; firmat. Mit-
to h̄c profetionem Teuffenbachij cum Archiduce Ferdinando ad comi-
tia Augustana : rāceo illam honoris accessionem, quo idem Archidux
eum dignatus es̄, ut judicio provinciali, quod Claudiā à Corinthijs ce-
lebratur, cum potestate praeſet. Prætero pugnam cum Servia Begis,
1582.
26. Octob. memorabilem illam & insignem, qua ad Palonam usq; progressos ho-
stes non tantum repreſit, sed ad unum omnes delevit. Silentio in volvo
secundam caſtrorum Liburnicorum & Illyrij inspectionem: imperatum,
1584.
1587.
22. Aug.
1589 men-
ſe Octob.
fuge examen: ex id genies infinita propemodum, oratione nostra majo-
ra: in quib; eximiam belli scientiam, singularem virtutem, clarissi-
mam auctoritatem, prudentiam admirandam, egregiamq; fortunam
Teuffenbachius ostendit. Ad supremum venio Magistratum, qui in
illum collatus es̄, ut Cassoviae cum potestate praeſet. Cum enim Ca-
rolus Archidux Teuffenbachium ab illo officio, quod Croatinorum &
Illyricorum finium defensionem complectebatur, quanquam agerrimè,
dimiſſet: Rudolphus Augustus cum eodem egit, ut Cassoviensem
Capitancatum, quem vocant, generalem in ſe recipere. Quod munus
cum candem ſibi imponi paſſus fuſſe Teuffenbachius, venit cum magna
1592.
6. Iulij.
pompa Cassoviam, & voce comitis Ferdinandi ab Hardec, cuius tum
magna erat auctoritas publicè renuntiatus es̄. O felices pridianas
Nonas, que illi orbis terrarum parti Teuffenbachium præfecisti! ô te
Cassoviam felicem, que hoc viro, qui Vngariae præſidio, hostibus terro-
ri, Germania admirationi erat, ejusq; patrocinio & virtute glo-
riaris & quodammodo superbis! Erat pax cum Murathe jam pri-
dem renovata, et in alios octo annos prorogata: ſcribiturq; Tyrannus
pacis studiſſimus fuſſe, ut non etjā nullis ejus violatoribus laqueo gu-
lam frangi juſſerit. Sed simulata iſta omnia fuſſe, res ipſa docuit.
Duce, enim Turciſ ſepiſſimē pacem violarunt connivente & clam et-
jam infigante Tyranno. compertumq; es̄ uſu, induciarum temporibus,
pacis opinionē deceptos nostros plus regionum amisiſſe, atq; plures Chri-
ſtianos in ſervitutem quotidie abduci vidiffe, quām belli tempeſtaribus
unquam

unquam factum. Testis est Begi Filleensis; Testis est Sinani
Baſe in ultra Tibiscanos: testes ſunt complures aliae aliorum in Croa-
tiam, in Illyricum, in Duropoliam, inducijs ſtantibus factae impressio-
nes. Sed poſtquam Scandero Baſa, Murathis ſoror, ad Siſecum à
noſtriſ interfecto, & exercitu Turco, qui ex octodecim millibus conſta-
bat veteraniſ, partim Martis furore, partim Colapis fluvij purgitiibus
deleto, ſoror Murathis ſupplex fratri facta, mortem mariti Scanderi
ferro & flammis persequendam fletibus. & femineo ululatu à Tyranno
zurainconq[ue]ſtione tandem obtinueret: tūm verò tūm violata, Ty-
ranni auſpicijs & jufu, relligione, immaniter & facta pace ingens Otto-
mannicorum latronum manus in Vngariam undiq[ue] irruit, eam cœu ru-
pto aggere vicina quæq[ue] Albi, fædiſſimè inundavit, terrore, lacrymis,
querelis omnia perculit. Siſecum vi expugnatum, praſidiarijs, inter
quos ducenti germani, partim fruſillatim conciſis, partim in Colapim
præcipitatis, partim excoriatiſ, partim igni mancipatiſ: trajecto Savo
Agram uſq[ue] excuſum, deuſtata omnia: multa hominum millia in
ſervitutem abrepta: vexati Caroloſtadienſes: afficta Palera: Vespri-
nium in anguſtias redactum: in legatum Rudolphi Auguſti Kerckvi-
cium ejuſq[ue] familiam contra ſas & gentium ius immanibus ab ipſo ſce-
leratiſſimo Tyranno excogitatis ſupplicijs ſervicu: nihil in Cæſa-
rem, tam ſanctum tam auguſtum caput, ſpiratum, niſi reta, acina-
ces, laquei: deniq[ue] univerſa rei publ. Christiana cades, incendia, depopu-
lationes, ſolitudines ſuperbiſſimè oſtenſæ. His tantis furoribus cum
ſummo atq[ue] inexplabili ſcelere, execrandaq[ue] perfidia conjunctis, cum po-
tentissimus & invictissimus Imperator Rudolphus 2. Dominus noster
Clementissimus, contrâ eundum eſſe omnino statuifſet: alij quidem Du-
ces ſuis in locis quisq[ue] officio ſuo perſtrenuè functus eſt: Teuffenbachius
autem hosti in ſuperiori Vngaria fortiter occurrit: Gladiatorem illum
Filleensem, ultrà Tibiscanas partes vafantem aliquot centenis ex
ipſius lacrocino trucidatus, mulciq[ue] capti, compescuit. Sinani Baſe,
florem ac robur Thracie in eis & ultra Tibiscanos agros eduenti, ad
fluviu[m] Keres ſe oppoſuit, ſumq[ue] hostem consilijs laboribus periculis ſu[er]is 1593.
repreſſit, & ne in illas partes ſe effundere poſſet, circumclusit. Eſt ad 3. Octob.

E 2

Saviri-

Sabi ripam à Turcis contra Vngaros excitatum castrum Sabatum,
arx munitissima, duplice fossa, vallo & sepimento aliissimo circumda-
ta, ut munitor eo in tractu locus inveniatur nullus: ex quo Turci
pestem vastitatemq; Christianis inferre soliti fuerant. Hoc lacronum re-
ceptaculum Teuffenbachius cum 14. armatorum milibus obsidet: tribus
25. Octob. locis magna cum contentione verberat: stratis ruinis oppugnatam ex-
19. Octob. pugnat, praedioq; erucidato totam illam provinciam ab excursionibus
& depopulationibus hostium hac tam insigni victoriâ securiorem red-
dit. Capto Sabatio, cum exploratorum, quos magnis quoicidie sumtibus
alebat, arte & fide didicisset, Fillecum maxima parte presidijs nudatum;
incredibili celeritate ad illud castrum militem abducit. Duo enim Impe-
ratori maximè necessaria sunt in ijs rebus, qua laudari non possunt an-
tequā confecta sint, nempe ut cognita perspecta q; habeat hostium consilia,
& ut, ubi consuluit, opus maturet. Et autem Fillecum superioris Vn-
garie & urbs & arx munitissima, à Soleimane nostris erepta & Turci-
ca Tyrannidi subjecta, Sangiaci sedes, pagos octingentos sub suo imperio
habens. Hanc urbem Teuffenbachius vitor obſidione cingit. Iamq;
19. Octob. sine intermissione muros portasq; ceperat sternere, sibiq; per ruinas aditum
in urbem parefacere, cum Sangiacus, qui paucō milite stipatus nocte
clam eruperat, vicinos Turcos excitasse, & quatuor Bassas, Temesvra-
riensem, Giulæ, Haduani, Schanzbagiensem, ad propugnandum Fille-
cum, secum nunciarecur adduceret. Proceperat hostis magno cum appa-
ratu bellico, octodecim dicens equitum & pedatum millia: nocteq; silenti
Fillecum profectus duobus ab urbe miliaribus substiterat, milite suo in-
lacebras sylve cuiusdam vicina furim recondito. At Teuffenbachius
illius hostici adventus certior factus, delectu habito, septem millia pra-
stantissimorum ex Germanis & Vngaris equitum, cum paucō pedestribus,
in eos educit: in hostium castra improvisus irruit, magnam stragem e-
dit. Perierunt Turcorum sex millia. Bassa Temesvriensis & San-
giacus Fillici ericidati, capi pauci. Christianorum tres desiderari: vul-
nerati decem: opulentissima prada superata: spolia amplissima, ten-
toria preciosa, vexilla egregia, 29. tormenta curulia, cum ducentis com-
meatu & annonâ onustis carnis, ablata. Hac tam illustri victoria
divinitus

33

divinieus ornatus Teuffenbachius, eorumq; qui obſeſis ſubſidio venerantur,
cur ſu impedito conatibusq; fractis, Fillecum remeat, atq; arctius eam
urbem, quam antea, premii. Mox Caduceatores mitit, qui urbem ſibi
dedi poſtulent: imperata facientibus vitæ bonorumq; in columnitatem
promittant: recufantibus & hanc gratiam aspernantibus atrocia quaq;
denunciant. Sed iij, qui mœnibus continebantur, male ſibi ob perſidiam
ſuorum in Palottanos nuper am conficij, extrema potius experiri, quam
ſe dubio eventui committere voluerunt. Quare ad acriorem oppugnatio-
nē ſe accingit Teuffenbachius: mœnia & propugnacula ſuburbij & ipsius
urbi noctes diesq; immani tormentorum tonitru & fulmine concuit,
crebro ariete diſturbat, ita, ut ſaxorum compage laxata munimenta de-
ſicerent, & latiſimæ ruinae patefactæ primò suburbium deinde urbem
primo impetu expugnandam noſtri traiderent. Capta urbe eodem die
arcem exteriorem eminentiſimo colli inſidentem, & non arte ſolum, ſed
natura etiam munitam fortiſimoq; præſidio ſtripatam, Sangiaci palatiū
aggreditur. Ea quoq; duos dies duasq; noctes majoribus machinis indeſi-
nenter quasata & convulsa; tandemq; vi ac armata manu, obſeſis fru-
ſtra renitentibus, occupata omnem apparatus, omnemq; Martem in ar-
cem interiorem, qua ſola vietiſ reſtabat, convertit, eamq; paullò poſt
deditione acepit. Teuffenbachius cum in arcem veniſſet, alijs alia agen-
tibus, ipſe exemplo equo defiliens in genua procuabit: Deo, omnis vi-
ctoria auctori gratas agit: Rudolpho Auguſto, de tām munitiſſimo ca-
ſtro recuperato, gratularur: Vngaria ob tot hominum myriadas Turci-
ea Tyranniſ eruptas letatur. Curſum deinde victoriarum, renovato
Filleco, urget: Diviam & Hamaski arces, ex quibus Turci mezu-
perculti turpiter profugerant, occupat. hinc Seſchinium in diocesin A-
griensem movet, illudq; à Turciſ deſeretur & inflammatum caſtrum re-
ſtaurat, præſidioq; munit: Blobnſteinum recuperat: Sallecum capiſ:
Samoscium, inter Seſchinium & Fillecum ſuum, Begi aulam, in fidem
recipiſ, eantumq; uno tempore terrarum occupat, quantum in ambuu hie
Ducatus Megapolitanus continet. Vix in hyberna militem reduxerat
Teuffenbachius, cùm fama atq; auditione perciperet, biſ mille Turcos ex
varijs locis confluxiſſe, ut agricolas, qui ſub tutelam Christianorum

1594.
27. Apr.

Filleco superato nuper concesserant, ex improviso obruerent; jamq; eos
in procinctu stare. His exemplò magnis itineribus obriam procedit
Teuffenbachius, Turcoq; nihil tale suspicatos aggreditur. Pugnatum
est uerinq; et gnariter & graviter. at Teuffenbachius vittoria tan-
dem potitur, mille quingentis partim trucidatis, partim in servitutem
redactis. Verum ut in magnis morbis non satiescet, malum quod am-
modo depulsum sed ut aduersus id, quod nocturum est, corpus saluber-
rimis remedij præmunitur, oportet: ita fidelissimus hic Christiani ex-
ercitus aduersus Turcas Tribunus non sacra esse intelligebat; multa
oppida, munitasq; arcis hostibus adimi, nisi eadem præsidio justo muni-
rentur. Petijs ergo à Serenissimo Archiduce Matthia qui paullò ante
Imperator exercitus Christiani à Casare fratre renuntiatus lauri-
num venerat, mille equites Boemos Fillecum & ad alia loca vicina
mitti, ut si quando ipse ad novam expeditionem novumq; bellum profi-
ciceretur, munitiones illæ à viris & reliquo præsidio aduersus quamcunq;
vix majorem essent instructæ: quod & ipsum impetravit Teuffenbachius.
missus enim est comes Sclickius cum mille equitibus, quos Teuffenba-
chius pro singulari sua prudentia per castra dispositi. His perfectis, No-
vigradum cum suo exercitu ad Archiducem Mattheiam proficiuntur:
eumq; validissimam illam arcem in rupe exædificatam, muri lati &
excelsi, fossis item interioribus ex petra incisis superhientem, sepimento
deniq; è crassiissimis trabib; compacto & spinis densissimis horrente, muni-
tam, inter maximas continuaq; pluvias summasq; & periculorum ple-
niissimas difficultates expugnancem & superantem cum summa fortitu-
dinis laude juvit. Iamq; fama increbuerat, Tartaros in Ungariam
superiorem impetum facere, Cassoviamq; sibi à terribilis illa peste metue-
re. quare relicto Novigrado, quanti potest festinatione maxima Fil-
lecum approparet: latrocinantibus Turcis occurrit: eos reprimit. Mox
collecto virginis millium equorum peditumq; exercitu Harvanum pergit.
abes id oppidum sex militaribus Buda: tribusq; locis triplici fissa cinc-
tum, fortissimusq; propugnaculus munitum est. Hoc corona cingit
Teuffenbachius, ita arctè omnib; itinerib; conclusis, ut nullus penè ingre-
di, nullus egredi posset. Sagarebat Bassa Budensis, Beglerbegus Gratia, &
Begi

Begi aliquot vicini laboranti Hatvanum succurrere. Hi conflatis tredecim millibus lectissimis militibus primo Hatvanum recta projecti, cum eis Savum praterfluentem in conspectu Christianorum castra esse metati, sed luti profunditate, aquarumque mole præpediti, vel nostrorum vi perterriti flumen traijere non auderent, eadem, qua venerant via regressi, Turonium versus, ubi et vadus est, et fluvius pente steretur, secundura ripam ascenderunt, ut superato in illis locis Savo, Christianos ejus facti securos à ergo adorarentur. At certior hujus consilij & profactionis factus Teuffenbachius, non expectato hostium adventu, Turci se dat ob viam, praesentiq; cum difficultate trajecto flumine in hostiles copias, quibus inter Zarcā & Fucsalvum supervenerat, exoneratis prius magna cum tempestate tormentis majoribus, signa insert, ordinis hostium turbat, dubia pugna suis instat, ignavos increpat, laudat fortis: donec tandem Dei opt. max. favore, Beglerbegi Gratiae fuga, ad nostros alea belli se inclinante, Teuffenbachius Turcum exercitum fudit, et eum Budam usq; persecutus funditus ferè deleuit. Venerunt in potestatem Teuffenbachij tredecim campesti: ia tormenta, quatuor majora, et viginti quatuor signa hostica. Bassa Budensis prater alia vulneraria, sub cingulo gravissime vulneratus est, periereq; milii magni nominis magnaeq; auctoritatis Turci & Begi et Aga & Zausij. Hac tam admirabili victoria potitus Teuffenbachius Hatvanum regreditur, septamque exercitu suo urbem horrendis assulicibus oppugnat. Sed liueris Matthei Archiducis avocatus obsidionem solvere coactus est. iussusq; Iaurino, quod tunc à Sinane Bassa premebatur, succurrere, cum imperata ficeret, et jam in itinere esset, Freistadij tristissimum de prodipto Tureis Iaurino nuncium accepit. Posonium^{1594.} ergo cum summo dolore, maximaq; consternatione secedens, secretius Dei^{1595. Sept.} consilium agnoscit, et imperscrutabiles illius vias adorat, receptoq; irenum animo ad bellica se convertit: varijs de Turco reprimendo consilijs ades: ne valentiorem hostem negligentia faciat, cavendum esse, sedulò monet: audaciam virtute, furorem foritudine, temeritatem consilio calamitatem divinam pietate & precibus corrigendam mitigandamq; esse suadet. Nec longa injecta mora, operi manum denuo admoveat:

Comor-

Comorram, quæ urbs est in Insula Danubij ad ostium Vragi fluvij
munitissima, à Turcorum rabie, conjunctis suis cum aliorum Ducum
militibus defendit: equos cataphractos, qui Viennam nuper venerant,
Sacramento Casari obnoxios facit: Turnavensi præsidio ab Augusto
stipendia impetrat & solvit: contra Turcos, in Moldaviam, Tran-
sylvaniam superioremque, Vngariam impressionem molientes auxilia de-
cernit: Hosti castrum Muhi diripere conanti occurrit, & vastitatem
ab illis locis avertit. Hinc Transylvano 1600. equites cataphractos
auxilio venire jubet: San-Nicolaum à Turcis desertum & inflamma-
tum funditus diruit & solo æquat: Harvanum ex intervallo iterum
obsidione cingit, & cum in octayam horam acriter pugnasset, tandem
vi occupat, milite VValonio in captivos immaniter serviente. Succes-
3. Sept. h. 5. serat patri Murathi Mahomees tertius Tyrannus natura sagaci, inge-
vespertina, mollis tamen, timidus & valde effeminatus. Is, ut ab Os-
manitarum in Christianos feritate nequaquam degener ase se ostenderet,
conscripto ingenti exercitu in Vngariam descendit. Iamque appropinqua-
re dicebatur ad vencus ipsius Tyranni, ter centena millia milium &
ercentas machinas compestres secum ducentis. De tota Imperij summa
impurissimum illud hominis mancipium cum Rudolpho Augusto dirica-
re statuerat. Ac meminimus, non solum Viennam sub id tempus metu
concussum, sed hic etiam ad ultimas litoris Baltici oras tum trepidatu-
m fuisse. Agrie primò omnium metuebant nostri. Itaque ex exemplo
et Tercius cum insigni Germanorum & equitum manu destinatus est,
et Teuffenbachius tria millia peditum sub ductu comitis Ioannis à
Turn, cum singulari bellico apparatu invexit. Ipse Heros Teuffenba-
chius cum reliquis suis copijs excelsum, qui urbi imminebat, montem
occupavit, quem tamen paullò posse deserere coactus est. Nec verò va-
nus fuit hic metus. Tyrannus enim, qui jam pridem in hoc insigne
oppidum oculos conicerat, & animo æquissime totam Germaniam devo-
raverat, simul ac in Vngariam venit, urbem eam obsedit, & persi-
dia militum, vim hosti diuinius sustinere denegantium, in suam potestate
traditam accepit. Non ignorare desuisse rum, qui his aut illis Ducibus
jacturam ejus castri expensum referrent, sed imperscrutabili hoc
quicquid

33

quicquid sit Dei consilio factum esse, quis non videt? Sapè et jam bella,
in quibus non sit una deliberatio communis, sed rem oportet ad multos
deserri, felice caruissime exitu videmus. Neq; tamen impunè vel illi persi-
di prodiderunt, vel Tyrannus tam nobile Christiani orbis propugnacu-
lum accepit, nam deditij, non longè Agria progreßi, crudelius quasi pæ-
nam ijs, quos prodiderant, penatibus depositis, occisi atq; imperfecti
sunt. Tyrannus autem his cum magna nostrorum laude ad Karastam
primò à Teuffenbachio, trecentis militib; virginti tormentis & duob. signis 1596.
prætorianis amissis virtus: deinde ab universo Christiano exercitu re 23. Octob.
rum fusus & fortiter rejectus est. Etsi autem eorum militum, qui 24. Octob.
domi leones, in bello cervi, in prada lupi, avaritia obfuit, quo minus
nostris cursum prosequerentur, et victoriam splendidiſſimam reportarent,
qualem posse homines natos Christiani de Turco non tulerunt: tamen
& ducum & militum nostrorum tanta tum virtus fuit, ut quinquaginta
millia Christianorum non reformidarent cum eo hoste, & exercitu,
qui ex tercentenis millibus hominum atq; adeò totius Ottomannici Im-
perii robore constabat, congregati, eumq; sub ipsius Turcici Tyranni pre-
sidio quasi latitancem, in fugam coniçere valuerint; Tyranno suis oculis
dissipatum Mahometicum exercitum vidente, jamq; non tam de suo
rum quam de sua salute sollicito, in montem quandam in ipso Agrie
conspicuū confugiente, faciemq; parte vestis Mahometis, quam religio-
nis causa secum circumferebat, ad nimiam credo mesticiam quodam-
modo leniendam, abstergente. O te verò Teuffenbachium heros fortissi-
mum! ô civem natum respub. memorem sui nominis, imitatorem ma-
jorum! Laudent alij oppresos ab Alexandro Magno tot Asia p pulos;
prædicatione efferant vastatas ab ipso tot terras, in solitudinem redactas
tot urbes. Tua Teuffenbachi, tua gloria, tuum decus, tua virtus fa-
cilimè cum illius quibusdam victorijs absq; invidia comparari potest.
Magna est Alexandri illius Magni ex bello Asiatico comparata glo-
ria: fateor. magnum nomen: hoc quoq; fateor, incomparabile decus:
hoc quoq;. Sed unde illud nomen? aut quo fine partum? aut que erant
illæ gentes, quibus Alexander bellum inferbat? Asiaticæ erant, im-
bellæ erant, effeminatae, molles. At qui hodie sunt isti, cum quibus adeò

F

infestis

infestis hodie signis concurritur? Tari sunt. Auditores; gens non luxu remollita, ut olim Asiatica, sed in rerum omnium penuria, frugalitate, frigore, astu, continuo labore, & discipline severitate ad omnem patientiam & audaciam exercita atq. durata. Quod si Teuffenbachius cum filis Tartaris, per angustias montium, quae Moldaviam à Polonia dividunt, in Vngariam irrumpere conantibus, quos ipse jam senex non sine aperto vita discrimine à transitu prohibuit, dimicandum: autem cum Solo Sinane Bassa, terrere illo Persia, domitore Africe, Thracia mense Iul. fulmine congraudiunt fuisse: satis, uti opinor, id ad nominis immortalitatem foret. Quis autem tot pralia Turcica ferè legit, quot Teuffenbachius confecit? quis toties in immanissimos barbaros ausus est, quoties ipse cum eis conflixie? quis tot hostes vidi, quot ipse manu sua contrucidae? lequitur id Varasdinum: restatur ager Zigmariensis: inscriptum suis ripis habet Tybiscus: dicunt octingeni pagi Fillecenses: commemorant Dravus, Savus, Sinus Dalmaticus, Danubius ipse: qui innumerabiles propemodum ab efferatissima hoste victorias reportantem Teuffenbachium viderunt. Multum autem momenti possum esse ajunt in eo, ut scias, cum quo hoste tibi res sit. Neque enim, quod mihi, bac ad immortalem Teuffenbachij laudem dicenti unius omnes fidem habeatis. Cesarem rei militaris, si quisquam, satis idoneum magistrum consulite. Titum Livium, gravissimum scriptorem, eundemq. testem locupletissimum audite. An non Cæsar Luculli Pompeij felicitati tribuit, quod tam ignavus eis obvenisset hostis, ex quo si ne pulvere & sudore victories reportasset? An non ipse ille Cæsar, cum Pharnacem vicesse, quasi per ludibrium, tanquam de re nullius laudis neque negotij testatus est, cum illud elogium de se spargeret, veni vidi vici? non dicturus idem, si hodie cum Turcis ferro rem cerneret. Quid autem ille lactea ubestate, mira jucunditate, clarissimo candore rerum Romanarum scriptor? an de nihilo est quod scribit, nequaquam par i eventu bellorum fuisse Alexandrum, si hostem Romanum potius, quam Persam aut imbellem Indum natus esset? haud equidem opinor. longè aliter olen catuli, aliter fues, & longè aliter in helicosos, aliter in luxu perditos populos moveatur. Quæcum ita sint, cum illud negari nullo

nullo modo potest, deversissimo & toto celo inter se distante sine ab ueroq;
 pugnatum fuisse, cum alter dominandi regnandiq; cupiditate inexple-
 bili accensus, inauditaq; qua sibi diuinitatis nescio cuius ad posteros mo-
 numentum quoddam erigere cupiebat, audacia inflammatuſ bella etiam
 non necessaria moveret: Teuffenbachius autem pro religione, pro
 gloria Dei pro templis, aris, fociſq; dimicaret. Per magna haſ ſunt,
 Auditores, permagna ſapientia virtutisq; Teuffenbachiana argumenta.
 Quare & in admiratione heros ille fuit apud ceteros magni nomi-
 nis Principes, & apud eam familiam, quæ nobis mundi Dominos jam
 multis ſecalis poperit, auctoritate, quæ singulari Dei donum eſt, &
 virtute rerum gęſtarum magnitudine comparatur, imprimis valuit.
 Ex quo enim, niſi ex hoc fonte alio promanaſe existimabimus eot, quas
 vocant, commiſſiones quas Teuffenbachius expedivit? tot magistra-
 tur, quos geſit? tot praefecturas, quibus praefuit? tot honores: equi-
 tum auratorum dignitas, consiliariatus amplitudo, patriciatuſ claritas,
 quibus ipſum Auguſti cumularunt? Vnde autem, quod à provin-
 cia Stiria proceribus ad Rudolphum z. è comitijs Brønnensibus, aliquo-
 tis miſis eſt, deliberatum cum orbis Domino de iſtituenda contra
 Turcos defenſione? ex hoc ipſo. Vnde, quod toties Pragam aut Vien-
 nam ex locis etiam remoſiſimis à Caſaribus evocatus eſt ad confilia
 reipub. grauiſſima? ab hoc eodem. Vnde deniq; tot legationes, quas
 ipſe obiit ad Turcam, in Transylvaniam Pannoniam, Croatię
 Illyrium, Daciam, Saxoniam, Polonię? ab hoc ipſo. Vereor,
 Auditores, ne, ſi unius hominis facta; ſi ipsas artes, quarum unaqueq;
 ferè integrum hominem dederat: ſi exiguum illud, quo haec vita cir-
 cumscripta eſt, conſideraveritis; ſint, qui variè hac, quæ de Teuffen-
 bachio à me commemorata ſunt, interpretentur. Et profectò ſi noſtras
 quisq; vires ſincerè aſtimaverimus, ſi quanta cura, quanto labore, quan-
 ta induſtria vel una conſter in hoc noſtro ſcholastico regno provincia, ſi
 quis recte & fideliter eam adminiſtrare velit, penſitemus: fieri ferè ali-
 ter non potest, quām ut faceamur, futurum id quod dixi, aut ut certè
 virum heroa & admirandum fuſſe Teuffenbachium uno ore teſtemur
 omnes. Quid enim mole rerum illarum pace belloq; à Teuffenbachio ge-

karum majus? quid gravius? quid illustrius? quarum tamen cum
et Pannonia et Liburnia et Valeria et Polonia inscripta magnitudo
per totum orbem terrarum, gloriae excelsa quasi fablia curru, circumse-
ratur, inq[ue] eorum, qui hunc virum proprius viderunt noveruntq[ue] recenti
memoria vigeat conteineaturq[ue]; quo minus tacita quorundam judicia
subeam, tantum abe[n]t ut peritescam, ut hoc mibi verendum potius
animadvertam, ne pauciora ac debuissim, hac oratione mea complexus
videar. Omnibus enim rebus bellicis longè majores in Teuffenbachio
fuerunt doce[re] illæ animi, justitia, magnificencia, modestia, temperantia,
fortitudo rogata, φιλοσοφία, et que caput est fonsq[ue] omnis et felicitatis et
auctoritatis, in Deum Pietas. Atq[ue] quam studiosissi-
mus fuerit ejus qua suum cuiq[ue] tribuit virtutis, id ipsum et milites per-
fidi, aliquoties dignis ab eo supplicijs affecti: et celebrata Durnholzij
sæpiissime judicia, quibus lices inter suos subditos ortas prudenter com-
posuit: et tota ipsius tam longè laceq[ue] diffusa vita protestantur. Quid
de magnificencia ipsius memorem? qua multa suis sumptibus in bello
egit: regem Polonia Maximilianum in Poloniam iter facientem splen-
didissimo convivio regiq[ue] apparatu Durnholzij excepti: in praesidium
Cassoviense sub principium sui Magistratus munera distribuit, pe-
cuniā ad beneficentiam liberalitatemq[ue] semper conculie? Quid me-
morem, quam modestè de se senserit? quam toto pectore fuderit arro-
gantiam, jactantiam, ambitionem, titulorūq[ue] illam vanitatem et in-
anem ostentationem: quam crescere dicere solitus est tunc, cum virtu-
tes decrescent, signumq[ue] calamitatis futurae esse certissimum et infallibile.
Plerumq[ue] enim fatui, cum ruina in propinquuo est, titulis glorioſis
delibuti majora sibi tribuunt, quam intra se revera esse sciunt, inq[ue] sui
admiracione stolidissime abripiuntur, ut eorum non raro totūriduum ubi
sunt ignorant: adeo mortalitatis oblitii spiritus humanis altiores sumunt!
Nihil horum in Teuffenbachio, qui illa omnia cane pejus et angue ope-
rat: qui se hominem recordatus fortuna lubricitati nihil aut parum
fidebat sciebat, non omnium cervices magna felicitatis pondus ferre pos-
se. sed plerosq[ue] fuerumbere, et seipso in tam sublimi gradu collocatos
desiderare, itaq[ue] pectus ad versus quamvis fortunam, præceptis ex utraq[ue]

Philo-

33

Philosophia hauſtis ijsdemq; saluberrimis instruxerat ; planeq; ita ſe
comparaverat , ut & ſecundas res eleganter , & adverſas foriter fer-
ret . Cui autem noſtrum ferè aularum non eſc; notus ſplendor ? cui
non eſc; perſpecta magnificencia ? Verum enim verò ſplendore illo multæ
miferia integuntur : magnificencia illa multæ calamitates quaſi velo
quodam obtenduntur . ſucorum in illius mulcetum , candoris parum , inri-
dia plurimum : multæ manus , plurima verba , pauciſſima corda : rara
amicitia , rarioſ integritas , rariſſima fides , ut nullibi quod & ipſi Prin-
cipes intelligunt , facilior quam ibi ſit lapsus . Ab hac arte ſapè me-
tuenda Teuffenbachio fuerunt invidorum malevolorumq; fulmina , ſed
que Heros ille modiſtiā ſua bruta reddidit . Virtute enim obtinuit , ut
quantum ſorderet ijs , quibus cum honeſtate commercij eſc; nihil , aut
qui id quod aſsequi non poſſim , oderint : tanto apud Auguſtos majori
in preto admirationeq; eſet . Et tamen cum in tanto honore ſe collo-
catum ſentiret Teuffenbachius , nihil de ſuo unius conſilio egit , ſed in
rebus dubijs cum alios audiuit , tūm ſapissimè Auguſtos adiit , &
cum ijs gravifimis deliberationes inſtituit . rariſſimò enim id oco-
Qia felicem habet exitum , ſed fœdè impingit & ſeipſam tandem ever-
tit . Ut autem ſtatuae illi decor omnis & dignitas periit , cui caput à
cervice reuulfum eſc; : ita quantumvis magna virtus , caſtitatis lau-
de deſtituta , deturpatur , & maſteſtatem decuſq; naſivum perdiit . Sic
ergo Teuffenbachius fortis , ſic domi forisq; juſtus , ſic modeſtus fuīt , ut
caſti pudoris deſcus ubiq; coleret . Cumq; eos annos . quos uxori du-
cenda Philosophus praſtituit , exceſſiſſet ; matrimonio ſibi junxit Ma-
riam Dominam ab Harrach , feminam lectiſſimam & nobiliſſimam .
1571.
18. Febr.
Sed hac prematura morte ſublata , ad ſecunda vota tranſiſe ducit a ge-
nerosa Domina Sufanna , Domina à Scharffenberg , omnibus animi 1579.
corporis & fortiſea bonis donata Hervina , matronalium virtutū prom. mense Feb-
ruario , que cum ei tres filios generoſiſimos , a Rudolphum Scadelij ; a 1582.
b Sigismundum Gratijs , & c Fridericum Vienae peperiſſet . nixu 25. Nov.
quario extincta eſc; & ipſa . Quare rebus domesticis ita efflagitanti
bus ad terciiam conjugem pietate , caſtitate , generisq; amplitudine orna-
tiſſimam Dominam Justinam Breunerin antum applicuit : qua eſ-
tis 26. Maij .

15
15
1594.
27.Ianu.
1591.
10.Apr.
1591.
26.May.

ipsa pari cum Susanna fato functa, ne, dum ipse reipub. causa in sa-
fris abesse, inculta & deserta jaceret rei familiaris procuratio, quar-
rum & ultimum in ije matrimonium. Magno autem ex pio animo
viciſſitudines illas Teuffenbachius tulit. Injetus est animis nostris er-
ror penitusq; affixus, quem ex corruptae naturae vicio mox ab origi-
ne coneratimus, ut ex adversis vel secundis rebus judicemus, ut eum
cui bona multa divinitus contigerint, gratiosum apud Deum: eidem
autem invisum dicamus illum, cui quid mali acciderit. At Teuf-
fenbachius, cum ex patrem & tria funera conjugum diversis tempori-
bus efferti videret, doluit quidem, erat enim homo sed ita doluit: ut
quando majores ingruerent calamitates, eō ardentiorem in Deum conci-
peret spem, & calamitates judicaret non ira sed benevolentie; non
severitatis, sed benignitatis; non truculentis castigatoris, sed blan-
di patris argumenta: fidei scholam, invocationis gymnasium, timo-
ris Dei palestram. Atq; ut intelligatis Audtores, quanta hæc
& quam eximia in Teuffenbachio singula fuerint, pauca hæc mecum
cognoscite, & ex his cetera coniijcite. Erat enim Teuffenbachius
Q[uod] nō sç̄p[er] , cuius pectus mirifico amore erga sanguine junctos &
propinquos flagrabat, qui parentes singulariter amabat, qui suavis &
ardens & sincerus erat maritus. Quid igitur existimabimus animi
fuisse ei, cum patrem, at quem patrem? virum profecto summum!
mitteret? quantis putabimus turbinum procellis meniem ejus per-
culsam, cum hinc seruissimus bellorum periculis agitaretur, illinc
triam divisis tempestatibus suavissimarum conjugum, in quarum u-
niuersusq; dum viveret, comitate, prudentia pietate ex ja-
gationibus bellicis domum reversus acquiescere solebat, obitum inau-
diret? In quo ipso unum mihi præ ceteris admirandum videtur &
propè divinum. Cum enim paucorum mensum spatio ex summa
Magistratus Cassoviensis dignitate ornatus esset, & maximam na-
tu filiam Barbarum Generosissimo Domino Bernardo Günßlers
chen elocasset: jamq; esset in ieiunio Cassoviano, ut munera illius
initium faceret: ecce gravissimus Teuffenbachio & cristissimus nun-
cius,

33

cis; morte uxoris tertio viduatam domum. In hac rerum di-
versissimorum conflictu & permutatione, qua D Eus Teuffenbachij
um spectare voluit, Heros hic quasi medius inter celum & ter-
ram constitutus, & fidem & spem in D E V M suam ita osten-
dit, ut palmam victoria illis daret. Cogitare enim ipsi Auditio-
res, quale hoc fuerit vulnus inflatum Teuffenbachio eo tempore,
quo uno & honoribus summis augebatur, & filia nupijs exoptatissi-
mis delectabatur, & omnia quasi ex animi sententia ipsi flue-
bant. Quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas tam va-
rias habere putatis agitationes fluctuum, quantos astus habuit po-
etas Teuffenbachij audita certae conjugis morte? Moreor equi-
dem & admiratione attonitus obstupescit, cum mentis hominum, ex
rebus letis in asperas punto temporis prolabentium conditionem &
perturbationem mecum penitus considero. Sed multò magis mo-
reor, quoties cogito de filiali reverentia & subjectione Teuffenbachij
erga D E V M. Cum enim suavissimæ uxoris abitum inopinata-
tum Topolschij percepisset: non vox nec gestu nec vulnu aliquam im-
patientie aut deformitatis significationem ostendit, sed, eti gravis-
simum in pectore sulcum, ut sic dicam, tristitia duceret, fide ta-
men & spe, quibus virtutibus pectus suum ad omnes fortunæ im-
pacus jampridem preparaverat, quicquid id esset adveritatis,
D E O juvante, superabat, & ad illum, à quo inflictam tibi
plagam agnoscebat, merito solius filij D E I fatus, ardencissi-
mis precibus se convertebat. De hac obedientia & fidei atq;
carnis palestra nec quomodo dicam, nec quomodo raseam, repe-
rire possum. Magnum esse fateor, & fidei speiq; plenum opus,
quod se hic Heros toties furori Turcorum obijcere ovisus sit: sed
earum virtutum argumentum longè majus longeq; eridentius esse
judico, quod in rerum, quæ sibi inter se e diametro adver-
santur, subita conversione, intrepidum se præbuit. nam ad bella
consulto & preparati accedimus: casus autem inopinati homines
molles, & rebus secundis plus quam D E O innitentes, non raro

exerte-

everterunt & pessum dederunt. Quod ipsum quidem Teuffenbachio cur non acciderit, ratio est clarissima. Nam qui Deum sancte colit, et veneratur, qui ita semper, ac si eo praesente vivoret, omnes suas actiones, omnia dicta, omnia facta instituit, quomodo ab eo Deus abesse poterit? quomodo is in religionem impia, in pietatem scelerata, in seipsum inhonesta patraret? At profecto Teuffenbachius ad Dei prescriptum tanquam ad amussum omnes suas actiones exegit, totiusque vite cursum, quantum homini in hac imbecillitate fas est; nam et homo erat Teuffenbachius; direxit: quicquid illi contingere vel prosperi vel adversi, id ad Deum omne referebat: pietatem sectabatur: religionem, quae beneficio Dei, opera Megalandri Lutheri a sordibus excrementisque humanis perpurgata est, cuius praeclarissimi depositi conservandi curam cum nostri illustrissimi cum Serenissimus, ut de alijs nihil dicam; Saxoniae Septemvir Christianus secundus demandaciam sibi sentiunt, atque hunc sensum suum luce meridiana clarioribus et ad immortalitatem commendatisimis argumentis testatum faciunt: hanc, inquam, religionem Teuffenbachius ab ineunte aetate coluit, hanc professus est, huic se rotum mancipaverat; hac in bellum proficisci dux; in procinctu stanchi calcar; in acie versanti scutum erat clypeusque; hanc moriens liberis suis gravissime et serio commendavit: in hac vixit, in hac expiravit. Quid igitur statuerunt accidere potuisse grave illi vel in ipsa morte, quam pie et eleganter pertulit? Cum enim Pragam ad Rudolphum Augustum venisset, et ab illo Principe, quae esse divina ejus clementia, liberalissime audiens fuisset: paulo post incidit in morbum, qui ipsi letalis fuit et decretorum diem attulit. Quod cum intellexisset, composuit domum suam, et ceteris, quae ad viaticum tanci tamque difficultis trineris pertinebant, comparatis, fide, spe, et operatissima liberatio nis et vita eterna desiderio plenus in vera agnitione et ardenti invocatione filij Dei pie placideque animam exhalavit. Cujus mortem quam agerrimè ferat orbis Christianus, scimus omnes: honores autem illustriissimi hujus Herois generosissimus et maxima expectationis filius

D.D.D.

1392.
mense Dec.

33

D. D. D. RVDolpho, SIGismundo, FRlderico, Baronibus à
Teuffenbach &c. in superioris anni peregrinatione à potentiissimis orbis
Principibus exhibiti, idipsum protestantur: quos Anglia egregio comi-
tatu per eas quas vellent, regni partes deduci voluit: quos Scotia mu-
neribus amplissimis cohonestavit: Dania regio convivio exceptit:
Suecia summis honoribus affectit: Gedanum coluit: Megapolis suspe-
xit ipse autem orbis Dominus singulari benevolentia prosequitur.
Sed cum ipso benè actum est, quem & Ecclesia in cœls triumphans
triumphantem nunc & Archiducem Micaelem Filium Dei una cum
omnibus electis adorantem ac inexplebilibus votis laudantem conspicie:
& totus orbis Christianus prædicat prædicabitq; sempiternum. Tu
vero, ô Vngaria, atq; adeo tota Germania! non immerito hujus
Herois mortem luges! lugeresq; meritissimo jure perpetuum: nisi Do-
minus exercituum, pro incredibili suo erga nos amore, Rudolphum
secundum Augustum, in hoc verè natum, præesse reipub. hoc tempore
vellet, qui Turcicæ immanitati, atrocibus inurediōibusq; cladibus
imperij reliquias reliquias angustijs arctis inclusas arterere conanti,
ob viam eat, & sua fortitudine consilijs, atq; vigilijs barbariem Tur-
cicam, pestem religioni, vastitatem templis, flammarum Germania
nefarie molientem, tori orbi Christiano acinaces, ferrumq; minitan-
tem reprimat. Quem augustissimum Augustum cum præclarissimis
Germania Principibus, omnibusq; Imperij ordinibus ut ille, qui suæ
reipub. Statutor est Opt. Max. Deus, quam diuissimè & quam feli-
cissimè, qua est ipsius nullis terminis conclusa misericordia, conseruet:
utq; sicam barbaricam, his à Tyranno iniiciatam sacrâ ac devotam,
ut eam necesse paret in nostris corporibus defigere, RVDOLPHI
II. verè illius Principis Secundi vigilijs & auspicijs, Principum
Germania consilijs & auxilijs, Ducum belli prudensia & felicitate,
milicium fortitudine, omnium Piorum precibus à nobis averruncet,
camq; intra latera Christianæ reipub. versari amplius non patiatur:
deniq; ut hunc Principatum, hanc urbem, hanc Academiam, horumq;
Bonorum conservatores & moderatores Duces Megapolitanos celsissi-

G

mos, cla-

mes, clarissima illa duo paria Fratrum, **VL RICVM** longærum
senem, & **CAROLVM**, Heroas Illustrissimos, patriæ Patres:
borumq; ex fratre pronepotes **ADOLPHVM FRIDE-**
RICVM & **IOANNEM ALBERTVM**, Prin-
cipes juventutis, in quos Celsissima familiæ Ducum Megapolitanorum
spes inclinata recumbit, protegat, beez, amplificet: secundet: & inter-
nos sibi semen sandum, à quo rectè colatur & invocetur: benignissi-
mè conseruet: eum qui solus omnia potest, suplicibus
votu regamus.

D I X I.



JOANNI SIMONIO
Parentanti
CHRISTOPHORO BARONI
à TEUFFENBACH.

Si quisquam ornatè, distinctè, apteq; locutus,
Ceu Latij Princeps præcipit eloquij:
SIMONIU M ornatè, distincte, apteq; locutum,
Suffusa ingenuo Suada rubore probat.
Nomine notus erat multis, fortissimus Heros
TEUFFENBACHIADES, nomine notus erat
Verum ut natales, sexum, ingenijq; vigorem,
SIMONII excultum dixerat eloquium:
Verum ut res gestas, plane inclyta facta, juventus,
Plus solito attentis auribus arriperet.

Verum

Verum ut virtutem belli, imperterrita corda,
In Mahometigenas vulnera, tela, neces:
Verum ut consilij miram prudentiam acuti;
Cœpit in his Ros. is notior esse jugis.
Sic tua sua istuo mulcebat flumine mentes,
Arrectas invenum lingua senumq; , madens.
Dixi equidem mecum, iputinans hæc tempora; ô Heros
T E U F F E N B A C H I A D E S ! ô tibi vita siet !
O utinam Megalopoleos virtutis, in urbe,
Heror audires inclyta facta cani !
Quantum honor heror virtutis calcar hic addat:
Non mage te tanti præmia honoris agant?
Ast dum Heroa canis vir præclarissime tantum,
Ingenij illæstras aurea dona tui.
Quis tibi surget honos ! quantam inde merebere laudem!
Non tanti præcium vile laboris erit.
GODELMANUS ovans manibus pervolvet utrisq; ,
Qui talem voluit te celebrasse virum.
Nec tantum accipiet vir consultissimus; ast te
Ex animo perget prosequi amore pari.
Quid verò heredes? Quid T E U F F E N bachia proles,
Æmula patritæ gloria & artis ager?
SIMONIUM, mihi crede, favcris in æde locabit
Supremè , at cordis interiore finu.
His nobis longum vivas clarissime , vivas,
Mellisfluo fundens I A N E lepore senos.

M. Paulus Rutingus
P. L.



unquam factum. Testis est Begi Filleensis ; Testis est Sinani Bassa in ultra Tibiscanos : testes sunt complures aliae aliorum in Croatiam, in Ilyricum, in Duropoliam, inducij stantibus factae impressiones. Sed postquam Scandero Bassa, Murathis soror, ad Sissecum nostris imperfecto, & exercitu Turcico, qui ex octodecim millibus constabat veteranis, parium Martis furore, partim Colapis fluvij gurgitibus deleto, soror Murathis supplices fratri facta, mortem mariti Scander ferro & flamnis persequendam fletibus, & femineo ululatu à Tyranni zuvaincaqatque w tandem obiinuisse : tum vero tum violata, Tyranni auspicijs & jussu, religione, immaniter facta pace ingens Ottomannicorum latronum manus in Vngariam undiq; irruit, eam cœu rupto aggere vicina quaq; Albis, fœdissime inundavit, terrore, lacrymis querelis omnia perculit. Sissecum vi expugnatum, præsidarijs, inter quos ducenti germanni, partim frustillatim concisis, partim in Colapis præcipitatis, partim excoriatus, partim igni mancipatis : trajecto Sav Agriam usq; excussum, devastata omnia : multa hominum millia in servitutem abrepta: vexati Carolostadienses : afficta Palestina : Vesprinum in angustias redactum : in legatum Rudolphi Augusti Kerckvlium ejusq; familiam contra fas & gentium jus immanibus ab ipso sceleratissimo Tyranno excogitatis supplicijs sanguinem : nibil in Cœarem, tam sanctum tam augustum caput, spiratum, nisi rotæ, acinae, laques : deniq; universa reipub. Christianæ cædes, incendia, depopulationes, solitudines superbiissime ostensa. His tanteis furoribus cum summo atq; inexpibili scelere, execrandaq; perfidia conjunctio, cum potentiissimus & invictissimus Imperator Rudolphus 2. Dominus noster Clementissimus, contrâ eundum esse omnino statuisset : alij quidem Deuses suis in locis quisq; officio suo perstrenue functus est : Teuffenbachius aurem hosti in superiori Vngaria fortiter occurrit : Gladiatorem illum Filleensem, ultra Tibiscanas partes vastantem, aliquot centenis eius ipsius latrocino trucidatis, multisq; capti, compescuit. Sinani Bassa florem ac robur Thracie in eis & ultra Tibiscanos agros eduenti, a fluvium Keres se opposuit, sumq; hostem consilijs laboribus periculis suz repressit, & ne in illas partes se effundere posset, circumclusit. Et a

E 2.

Savi ri

